



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Lateranense Generale Svb Alexandro III. Svmmo Pontifice.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**



CONCILIUM  
LATERANENSE GENERALE  
SVB ALEXANDRO III.  
SVMMO PONTIFICE.

HISTORIA CONCILII.

Acta Alex-  
andri ab  
eius tempo-  
ris auctore  
conscripta  
ex codice  
Vat. & script.  
Alexandri  
papæ apud  
Radevicum  
lib. 2. cap.  
51. de gest.  
FridERICI.



Radevicus  
lib. 2. cap.  
62. & seqq.

Acta Alex-  
andri citata.

**C**VM Hadrianus quartus pontifex maxi-  
mus, anno a Christo nato MDLIX. Ka-  
lendis Septembris mortem obiisset, cardi-  
nales, qui paulo post ad eligendum con-  
uenerant, duos simul pontifices renuntia-  
runt, alterum Rolandum Senensem, vi-  
rum omni laude præstantem, qui uno ac  
viginti cardinalium suffragiis electus Ale-  
xander III. fuit appellatus: alterum vero Octavianum Roma-  
num, qui a tribus tantum cardinalibus designatus, pontificis no-  
men ausus est usurpare. Ortum est ex hac cardinalium discordia  
schisma deterrimum, quod multos annos vexauit ecclesiam. Li-  
cet enim Alexander verus pontifex esset, tamen cum Octavianus,  
qui Victor quartus vocabatur, apud imperatorem Fridericum  
plurimum posset, ita Germanorum animos imperatoris opera sibi  
deuinxit, ut etiam postquam ipse Victor e viuuis excessit, Guido-  
nem Cremensem, & deinde Ioannem, qui in eius locum successi-  
runt, tamquam veros pontifices coluerit uniuersa Germania. Con-  
tra vero Gallia, Britannia, Hispania, & reliquæ fere omnes  
prouinciæ Alexandri partes constanter susceperunt, excepta una  
Italia, in qua aliæ regiones Alexandro, aliæ vero Victori sunt  
obsecutæ. Præter ceteras autem multæ Galliæ Cisalpinæ ciuita-

ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

tes nobilissimæ, cum ab imperatore Friderico iustas ob causas defecissent, ita se Alexandro pontifici addixerunt, ut nomine ipsius urbem Alexandriam ædificauerint, ac tandem victo Friderico, pestiferi schismatis extinguendi causam non leuem attulerint. Cum enim imperator Fridericus, qui bellum acerbissimum cum illis gerebat, prælio superatus esset, copiæque eius maximæ atque firmissimæ magna ex parte deletæ, adeo hac clade commotus est, ut cum ad eam multorum principum Germanorum, qui ipsi schisma obiiciebant, cohortationes accederent, paulatim respiceret, discussaque superioris temporis caligine, lucem respicere cæperit, ac denique post duodeuiginti annos, quibus apertas cum Alexandro pontifice inimicitias gesserat, se ad pedes eius supplex abiecerit, cumque illo pacem firmam & stabilem conciliauerit. Tunc Alexander, qui tot annorum spatio in maximis turbinibus ecclesiæ clauum tenuerat, cum, sedatis iam tempestatum fluctibus, summa tranquillitate frueretur, ut ecclesiæ commodis consuleret, atque ut alii pontifices procellas, quibus ipse vexatus fuerat, deuitaret, in posterum prospiciens, Concilium generale conuocauit: tum ut forma aliqua electioni pontificis apta præscriberetur, qua ambitiosorum hominum audacia & insolentia deinceps reprimeretur: tum etiam ut mores hominum schismatis & belli causa corrupti conformarentur, usura, simonia, aliaque vitia, quæ longius serpebant, auctoritate Concilii coercerentur. Accessit præterea alia causa grauissima, quæ pontificis animum valde ad hoc Concilium incitauit. Nam hæresis Catharorum, siue Publicanorum, vel Paterinorum, quæ in Aquitania fuerat exorta, in dies latius manabat, quibus permulti rudes & imperiti hæreticorum fraudibus decepti in Vasconia, & in Albegetio, & in partibus Tolosanis, fidem habebant, necesseque erat huic pesti detestabili remedium statim adhibere. His igitur causis commotus Alexander, Synodum generalem congregari iussit, ad quam non solum episcopi ex prouinciis Europæ, verum etiam nonnulli ex Asia Romam aduentarunt, ut Guilielmus archiepiscopus Tyrius scribit his verbis: Anno ab incarnatione Domini 1178. qui erat regni domini Balduini IV. annus quintus, mense Octobri, cum anno præcedenti indicta esset per uniuersum Latinarum orbem Synodus generalis, profecti sunt de nostro oriente, ego Guilielmus Tyrensis archiepiscopus, Albertus Bethlehemita episcopus, Heraclius Cæsariensis archiepiscopus, Rodulfus Sebastenus episcopus, Iotius Aconensis episcopus, Romanus Tripo-

Acta Alexandri.  
 Rogerus in annal. part. poster. & alii.

Alexand. in epist. indicationis Concilii. Rogerus ubi supra. Villielmus Tyrtius de bello sacro lib. 21. cap. 1. & alii.

Lib. 21. cap. 26. de bello sacro.



litanus episcopus, Petrus ecclesie dominici sepulcri prior. Raynaldus abbas ecclesie montis Sion. Paulo post: Per idem tempus (anno scilicet 1179.) Romæ celebrata est Synodus in basilica Constantiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum episcoporum, pontificatus Alexandri 20. anno, mense Martio, indictionis duodecimæ, quinta die mensis, cuius si quis statuta, & episcoporum nomina, numerum, & titulos scire desiderat, relegat scriptum, quod nos ad preces sanctorum patrum, qui eidem Synodo interfuerunt, confecimus diligenter. Hæc Tyrensis. Anno Domini 1179. Concilium celebratum fuisse affirmat etiam Rogerus, eius temporis diligens scriptor. In hoc Concilio primum pontifex statuit ad futura schismata vitanda, vt non haberetur Romanus pontifex, qui non a duabus cardinalium partibus esset electus. Rescindit ordinationes omnes a schismaticis pseudopontificibus Octauiano, Guidone, & Ioanne habitas: Anathematizauit præterea hæreticos omnes, atque illos qui ab illorum communione non se separassent, vel auxilium eis aliquo modo attulissent. Imo armis comprimendos illos esse decernit. Constituta sunt etiam multa alia, quæ sine dubio magnam ecclesie afferunt utilitatem; extantque vigintiseptem Canones, qui apud multos scriptores reperuntur, & magna ex parte in iure pontificio continentur. Episcopi quoque schismatici tum Germaniæ, tum aliarum prouinciarum, qui ab Alexandro in hoc Concilio ad ecclesie catholice unitatem recepti sunt, hac verborum formula schisma abiurarunt: Ego N. anathematizo, & recuso omnem hæresin extollentem se aduersus sanctam Romanam ecclesiam catholicam, præcipue vero schisma Octauiani, Guidonis, & Ioannis, & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico, & modo, & inantea me obediturum iuro, & promitto fidelitatem sanctæ Romanæ ecclesie & domino meo Alexandro, & successoribus eius iuste intrantibus, ipsique seruiam absque omni malo ingenio contra omnem hominem secundum ordinem meum. Consilia eius quæ mihi scripto certo mandauerit, vel ipse commiserit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis, atque membrorum. Legatum ecclesie Romanæ honorabo, & ducam, & reducam, & inuabo expensis; sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia.

Annal. Anglic. par. poster.

Alber. Strad. in chronic. Crantzii ecclesiastica historie Saxonie lib. 7. cap. 3.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

EPISTOLA  
ALEXANDRI PAPÆ III.

AD EPISCOPOS PER TVSCIAM CONSTITVTOS.

*Alexander episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus  
Pisano archiepiscopo, & vniuersis episcopis, & dilectis  
filiis abbatibus per Tusciam constitutis salutem  
& apostolicam benedictionem.*

QVONIAM in agro Domini, qui est ecclesia, tamquam spinæ & tribuli nascuntur quotidie & pullulant germina vitiorum, tum videlicet, quia proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua; tum quia inimicus homo de malitia sua zizania superfeminare non cessat; & germen bonum nititur suffocare, necesse est diligentiam adesse cultorum, & nunc euellere, & amputare iam nata, nunc etiam nascituris nociuis \*graminibus proficiendi aditum obserare, subsequenter autem & inferere fructiferum germen, & seminare semen bonum, quod trigessimum, sexagesimum, & centesimum fructum, fecundante Deo, possit afferre. Nam & hæc verba illa dominica sonare videntur, quibus Ieremiam prophetam, & in eo euangelicum sacerdotem instruxit, dicens: *Dedi verba Ierem. 1. mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes, & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes* Id autem licet vniuersis ecclesiarum rectoribus incumbat, multo tamen fortius imminet Romanæ vrbis antistiti, qui a Domino Iesu Christo, ut caput esset ecclesiæ, in beato Petro accepit, & de pascendis dominicis ouibus, & LUC. 22. IOAN. 21. fratribus confirmandis, expressum & speciale noscitur habuisse mandatum. Inde siquidem est, quod nos licet insufficientes meritis ad prouidentiam apostolicæ sedis & ministerium vniuersalis ecclesiæ a Deo, quo (ut ipsi placuit) disponente vocati; quia in ecclesia Dei correctione videmus quamplurima indigere, tam ad emendanda quæ digna emendatione videntur, quam ad promulganda, quæ salutem fidelium visa fuerint expedire; de diuersis partibus personas ecclesiasticas decreuimus euocandas, quarum præsentia & consilio, quæ fuerint salubria, statuuntur, & quod bonum, secundum consuetudinem antiquorum pa-

trum provideatur, & firmetur a multis. Quod si particulariter fieret, non facile posset plenum robur habere. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus, qualiter huic nostræ dispositioni plenis desideriis cooperari curetis, & prima dominica aduenientis quadragesimæ ad urbem Romam, ducente Domino, veniatis, & cooperante sancti Spiritus gratia, tum in corrigendis enormitatibus, tum in statuendis quæ Deo grata fuerint, communi studio quod fuerit agendum agatur, & in vno humero subleuemus arcam Domini, atque vno ore honorificemus Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. Datum Tusculi vndecimo Kalendas Octobris.

CONCILII LATERANENSIS  
GENERALIS,

Sub Alexandro III. summo pontifice,

DECRETA.

TITVLI CAPITVLORVM.

- |   |   |
|---|---|
| I. De electione summi pontificis.                                     | XIII. & XIV. Ne aliquis multas habeat ecclesias.                      |
| II. De abolendis ordinationibus ab antipapis introductis.             | XV. De testamentis clericorum.  |
| III. Quales debeant esse qui eligendi sunt ad regimen ecclesie.       | XVI. De ordinatione ecclesiarum.                                      |
| IV. Qualiter prelati debeant cum subiectis hospitare.                 | XVII. De presentatione clericorum.                                    |
| V. Ne aliquis ordinetur sine certo titulo.                            | XVIII. Vt prelati provideant magistris scholarum necessaria.          |
| VI. Qualiter prelati debeant proferre sententiam in subiectos.        | XIX. Ne laici imponant ecclesie onera.                                |
| VII. Ne noui census imponantur ecclesie.                              | XX. Ne torneamenta fiant.   |
| VIII. Ne ecclesiastica beneficia alicui promittantur antequam vacent. | XXI. De treuguis seruandis.   |
| IX. De ecclesia interdicta, & interdictorum sepultura.                | XXII. De pace seruanda.   |
| X. Ne monachus vel alius religiosus recipiatur sub precio.            | XXIII. Leprosi sibi metipsis priuatam habeant ecclesiam & cimiterium. |
| XI. Ne clerici in sacris ordinibus constituti focarias habeant.       | XXIV. Prohibentur Christiani ne seruiant Saracenis.                   |
| XII. Ne clerici presumant saculares procuraciones suscipere.          | XXV. Ne manifestus usurarius recipiatur ad communionem altaris.       |
|   | XXVI. Ne Christiani habitent cum Iudæis vel Saracenis.                |
|   | XXVII. De hereticis.  |

ANNO  
CHRISTI  
1179.

Anno ab incarnatione Domini \* M C L X X X. præfidente  
Romanæ ecclesiæ papa Alexandro III. anno pontifica-  
tus eius vigesimo, mense Martio, indictione duodeci-  
ma, die mensis secundo, præfidente eodem summo pon-  
tifice, sancta Synodus in basilica, quæ appellatur Con-  
stantiniana, \* 280. episcoporum celebrata est.

\*MCLXXIX.

\* 300.

C A P I T V L A.

I.

**L**ICET de euitanda discordia in electione  
summi pontificis manifesta satis a nostris præ-  
decessoribus constituta manauerint; tamen, quia  
sæpe post illa per improbæ ambitionis audaciam,  
grauem passa est ecclesia scissuram: nos etiam ad  
malum hoc euitandum, de consilio fratrum no-  
strorum, & sacri approbatione Concilii, aliquid de-  
creuimus adiungendum. Statuimus igitur, vt si for-  
te inimico homine superfeminante zizaniam, in-  
ter cardinales de substituendo pontifice non po-  
tuerit concordia plena esse, & duabus partibus  
concordantibus tertia pars noluerit concordare,  
aut sibi alium præsumpserit \* ordinare: ille \* Ro-  
manus pontifex habeatur, qui a duabus partibus  
fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ  
partis nominatione confusus, quia \* rem non po-  
test, sibi nomen episcopi vsurpauerit: tam ipse,  
quam qui eum receperint, excommunicationi sub-  
iaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulcten-  
tur, ita vt viatici eis etiam, nisi tantum in vltimis,  
communio denegetur: & nisi resipuerint, cum  
Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbuit, ac-  
cipiant portionem. Præterea si a paucioribus ali-

\* nomi-  
nare vel  
ordina-  
re.

\* ille abf-  
que vlla  
exceptio-  
ne ab  
vniuersa  
ecclesia  
Roma-  
nus pon-  
tifex ha-  
beatur,  
\* de ra-  
tione esse  
non po-  
test.

quis, quam a duabus partibus fuerit electus ad apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ poenæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus & aliis\* ecclesiasticis, præiudicium generetur, in quibus maioris & senioris partis debet sententia præualere: quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana vero ecclesia aliquid speciale constituitur, quia non potest recursus ad superiorem haberi.

## II.

Canone ultimo Concilii Lateranensis sub Innocentio II.

Quod a prædecessore nostro felicitis memoriæ Innocentio factum est, innouantes, ordinationes ab Octauiano & Guidone hæresiarchis, necnon & Ioanne Strumensi, qui eos secutus est, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus: adiiicientes etiam, vt si qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per prædictos schismaticos receperunt, careant impetratis. Alienationes quoque, seu inuisiones, quæ per eosdem schismaticos, siue per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesiam sine omni eius onere reuertantur. Si quis autem contraire præsumperit, excommunicationi se nouerit subiacere. Illos autem qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterint, a sacris ordinibus & dignitatibus decreuimus manere suspensos.

## III.

\* Cum in sacris ordinibus, & ministeriis ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum grauitas, & scientia



ANNO  
CHRISTI  
1179.\* de qui-  
busdam

scientia literarum sit inquirenda: multo fortius hæc in episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conuersari. Eapropter, ne \* quod a quibusdam ex necessitate temporis factum est, in exemplum trahatur a posteris, præsentis decreto statuimus, vt nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam trigessimum ætatis annum egerit, & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vita & scientia commendabilis demonstratur. Cum autem electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & ecclesiasticorum bonorum administrationem habuerit, decurso tempore, de consecrandis episcopis a Canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ habuerat, disponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora etiam ministeria, vtputa decanatus, archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat: Sed nec parochialium ecclesiarum regimen, nisi qui iam vigesimumquintum ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, & decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo a Canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo remoueantur officio, & alii conferatur, qui & velit, & possit conuenienter illud implere. Nec profit illis appellationis diffugium, si forte in transgressione constitutionis istius per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solum de promouendis, sed de his etiam, qui iam promoti sunt, si Canones non

obsistant, præcipimus obseruandum. Clerici sane si contra formam istam quemquam elegerint, & eligendi potestate tunc priuatos, & ab ecclesiasticis beneficiis triennio se nouerint suspensos. Dignum est enim, vt quos timor Dei a malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem coerceat seueritas disciplinæ. Episcopus autem \* si cui fecerit, aut fieri consenserit contra hoc, in conferendis prædictis potestatem suam amittat, & per capitulum, aut per metropolitanum, si capitulum concordare nequiuerit, ordinetur.

## IV.

1. Thess. 2.  
2. Thess. 3.

Cum Apostolus se & suos propriis manibus decreuerit \* exhibendos, vt locum prædicandi auferret pseudoapostolis, & illis, quibus prædicabat, non existeret onerosus: graue nimis, & emendatione fore dignum dignoscitur, quod quidam fratrum, & coepiscoporum nostrorum ita graues in procurationibus suis subditis existunt, vt pro huiusmodi causa interdum ornamenta ecclesiastica subditi compellantur exponere, & longi temporis victum breuis hora consumat. Quocirca statui-  
mus, quod archiepiscopi parochias visitantes, pro diuersitate prouinciarum, & facultatibus ecclesiarum, quadraginta, vel quinquaginta euectionis numerum non excedant: cardinales vero, viginti quinque non excedant: episcopi, viginti, vel triginta nequaquam excedant: archidiaconi, quinque aut septem: decani constituti sub ipsis, duobus equis existant contenti. Nec cum canibus venatoriis, & aibus proficiscantur, sed ita proce-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

dant, vt non quæ sunt sua, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur, nec sumptuosas epulas quærant, sed cum gratiarum actione recipiant quod honeste, & competenter fuerit illis ministratum. Prohibemus etiam, ne subditos suos talliis, & exactiõibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt si manifesta, & rationabilis causa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat Apostolus; *Non debent parentibus filii thesaurizare, sed parentes filiis:* multum longe a paterna pietate videtur, si præpositi suis subditis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris more fouere debent. Archidiaconi vero, siue decani nullas exactiões, vel tallias in presbyteros, seu clericos exercere præsumant. Sane quod de prædicto numero euectiõnis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redditus & ecclesiæ facultates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri mensuram, vt ex accessu maiorum, \* minores non debeant grauiori: ne sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis vti solebant, hætenus plurimam sibi credant potestatem indultam.

\* minores  
res merito  
non  
doleant  
se grauiori:  
n:

V.

Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinauerit, tamdiu necessaria ei subministret, donec in aliqua ei ecclesia conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet: nisi forte talis qui

Concil. Tom. 27.

Kkk ij

ordinatur, extiterit, qui de sua, vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.

## VI.

Reprehensibilis valde consuetudo in quibusdam partibus inoleuit, vt fratres & coepiscopi nostri, seu etiam archidiaconi, quos appellaturos in causis suis existimant, nulla penitus admonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis in eos ferant sententiam. Alii etiam dum superioris sententiam, & disciplinam canonicam reformidant, sine vilo grauamine appellationem obiciunt, & ad defensionem iniquitatis vsurpant, quod ad subsidium innocentium dignoscitur institutum. Quocirca, ne vel prælati valeant sine causa grauare subiectos, vel subditi pro sua voluntate sub appellationis obtentu correctionem valeant eludere prælatorum: præsentis decreto statuimus, vt nec prælati, nisi canonica commonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos; nisi forte talis sit culpa, quæ ipso genere suo \* excommunicationis pœnam inducat: nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quisquam pro sua necessitate crediderit appellandum, competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur. Infra quem, si forte prosequi neglexerit, libere tunc episcopus sua auctoritate vtatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellauerit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellauerit, venire neglexerit, si proprium quid habuit, compe-

ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179ANNO  
CAROLI  
1179

ANNO CHRISTI 1179.  
 tentem ei recompensationem faciat expensarum: vt hoc saltem timore perterritus, in grauamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero \* in locis religiosis hoc volumus obseruari, ne monachi, siue quicumque religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem prælati sui, & capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter ac deuote suscipiant, quod pro salute \* sua utiliter eius fuerit iniunctum.

\* in religiosis hoc, &c.

\* sua sciat is iniunctum

## VII.

Cum in ecclesiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari, & quod gratis receptum est, gratis impendi; horribile nimis est, quod in quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita vt pro episcopis vel abbatibus, seu quibuscumque personis ecclesiasticis ponendis in sede, seu introducendis presbyteris in ecclesiam, nec non pro sepulturis & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid exigatur: & ille qui indiget, non possit ista percipere, nisi manum implere curauerit largitoris. Putant plures ex hoc sibi licere, quia legem mortis de longa inualuisse consuetudine arbitrantur, non satis, quia cupiditate cæcati sunt, attendentes, quod tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius animam infelicem tenuerint alligatam. Ne igitur hoc de cetero fiat, & vel pro personis ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus beneducendis, seu etiam aliis sacramentis aliquid exigatur, districtius inhibemus. Si quis autem contra hoc

4. Reg. 5.

venire præsumperit, portionem cum Giezi se no-  
uerit habiturum: cuius factum turpis muneris ex-  
actione imitatur. Prohibemus insuper, ne noui  
census ab episcopis vel abbatibus, aliisque prælatis  
imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur nec  
partem reddituum suis vsibus appropriare præsu-  
mant: sed libertates, quas sibi maiores deside-  
rant conseruari, minoribus quoque suis bona vo-  
luntate conseruent. Si quis autem aliter egerit, irri-  
tum quod fecerit habeatur.

## VIII.

Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam benefi-  
cia, vel ecclesiæ, alicui tribuantur seu promittan-  
tur antequam vacent: ne desiderare quis mortem  
proximi videatur, in cuius locum & beneficium se  
crediderit successurum. Cum enim id etiam in ipsis  
Gentilium legibus inueniatur prohibitum, turpe ni-  
mis est & diuini plenum animaduersione iudicii, si  
locum in Dei ecclesia futuræ successionis expecta-  
tio habeat, quam etiam damnare ipsi Gentiles ho-  
mines curauerunt. Cum vero præbendas ecclesia-  
sticas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare  
contigerit, vel etiam si modo vacant, non diu ma-  
neant in suspenso, sed infra sex menses personis  
quæ digne administrare valeant conferantur. Si  
autem episcopus vbi ad eum spectauerit, conferre  
distulerit, per capitulum ordinetur. Quod si ad ca-  
pitulum electio pertinuerit, & infra prædictum  
terminum hoc non fecerit, episcopus hoc secun-  
dum Deum cum virorum religiosorum consilio  
exequatur. Aut si omnes forte neglexerint, metro-

politanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.

## I X.

Cum & plantare sacram religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus: nunquam hoc melius exequemur, quam si nutrire quæ recta sunt, & corrigere quæ profectum veritatis impediunt, commissa nobis auctoritate curemus. Fratrum autem & coepiscoporum nostrorum vehementi conuestione comperimus, quod fratres Templi & Hospitalis, alii quoque religiosæ professionis, indulta sibi ab apostolica sede excedentes priuilegia, contra episcopalem auctoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum generant in populo Dei, & graue pariunt periculum animarum. Proponunt enim, quod ecclesias recipiant de manibus laicorum, excommunicatos & interdictos ad ecclesiastica sacramenta & sepulturam admittant, in ecclesiis suis præter eorum conscientiam & instituant & amoueant sacerdotes, & fratribus eorum ad eleemosynas quærendas euntibus, cum indultum sit eis, vt in aduentu eorum semel in anno ecclesiæ aperiantur, atque in eis diuina celebrentur officia, plures ex eis de vna siue diuersis domibus ad locum interdictum sæpius accedentes, indulgentia priuilegiorum in celebrandis officiis abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas ecclesias sepelire præsumunt. Occasione quoque fraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur episcopalis auctoritatis eneruant, dum contra eorum sententiam sub aliquorum priuilegiorum obtentu munire cun-

ctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem volunt accedere, & se conferre. In his, quia non tam de maiorum conscientia, vel consilio, quam de minorum indiscretione quorundam exceditur: & remouenda ea, in quibus excedunt, & quæ dubietatem faciunt, declaranda decreuimus. Ecclesias sane & decimas de manu laicorum sine consensu episcoporum, tam illos, quam quoscumque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis etiam quas contra tenorem istum \* moderno tempore <sup>aliquo</sup> receperunt, excommunicatos & nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab omnibus aliis, iuxta episcoporum sententiam, statuimus euitandos. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno iure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis præsentent, vt eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem: institutos autem, episcopis inconsultis, non audeant remouere. Si vero Templarii sue Hospitalarii \* ad ecclesiasticum interdictum <sup>\* ad ecclesiam interdictam</sup> uenerint, non nisi semel in anno ad ecclesiasticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora sepe- <sup>\* interdictorum</sup> liant \* defunctorum. De \* fraternitatibus hoc <sup>\* constitutis</sup> statuimus, vt si non se prædictis fratribus <sup>\* destrinere omnino remanendum</sup> reddiderint, sed in suis proprietatibus \* duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum sententia nullatenus eximantur: sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exercent, cum pro suis excessibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, de aliis quoque religiosis, qui præsumptione sua <sup>cipi-</sup>



ANNO  
CHRISTI  
1179.

episcoporum iura præripiunt, & contra canonicas eorum sententias & tenorem priuilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si autem contra hoc institutum venerint, & ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

X.

Monachi non precio recipiantur in monasterio, non peculium permittantur habere, non singuli per villas & opida, seu ad quascumque parochiales ponantur ecclesias: sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec soli inter sæculares homines spiritualium hostium conflictionem expectent, Salomone dicente: *Væ soli, quia si ce-*

\* nisi est  
qui suble-  
uet iuuo.

*ciderit non habet subleuantem.* Si quis autem exactus, pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. \* Is autem qui acce-

\* Is vero  
qui cum  
recepit  
suspensionem

perit, officii sui \* priuatione mulctetur. Si vero peculium habuerit, nisi ei ab abbate pro iniuncta fuerit administratione permissum, a communione remoueatur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam. Quod etiam de \* di-

\* vniuersis

uersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas etiam qui ista diligenter non curauerit, officii sui iacturam se nouerit incursum. Prioratus quoque siue obedientiæ, precii datione nulli tradantur. Alioqui & dantes & accipientes a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores vero cum in conuen-

\* per electionem capitulum suorum canonice fuerint instituti, nisi &c.

tualibus ecclesiis fuerint \* constituti, nisi pro manifesta causa & rationabili non mutentur, vide-

licet si fuerint dilapidatores, nec continenter vi-  
xerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amo-  
uendi merito videantur: aut si etiam pro necessi-  
tate maioris officii, de \* consilio fratrum fuerint  
transferendi.

## XI.

Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mu-  
lierculas suas in domibus suis incontinentiæ nota  
tenuerint, aut abiiciant eas, & continenter viuant,  
aut ab officio & beneficio ecclesiastico fiant alieni.  
Quicumque incontinentia illa quæ contra natu-  
ram est, propter quam venit ira Dei in filios diffi-  
dentiæ, & quinque ciuitates igne consumpsit, de-  
prehensi fuerint laborare, si clerici fuerint, eiician-  
tur a clero, vel ad pœnitentiam agendam in mo-  
nasteriis detrudantur: si laici, excommunicationi  
subdantur, & a cœtu fidelium fiant prorsus ali-  
eni. Monasteria præterea sanctimonialium si quis-  
quam clericus sine manifesta, & necessaria causa  
frequentare præsumperit, per episcopum arcea-  
tur: & si non destiterit, a beneficio ecclesiastico  
reddatur immunis.

## XII.

Clerici in subdiaconatu & supra, & in mino-  
ribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis  
sustententur, coram iudice sæculari \* aduocati in  
\* negotiis fieri non præsumant, nisi propriam, vel  
ecclesiæ suæ causam fuerint profecuti, aut pro mise-  
rabilibus forte personis, quæ proprias causas ad-  
ministrare non possunt. Sed nec procuraciones  
villarum, aut iurisdictiones etiam sæculares sub

ANNO  
CHRISTI  
1179.  
EXERCITIO

aliquibus principibus, vel sæcularibus viris, vt iustitiani eorum fiant, clericorum quisquam \* assumere præsumat. Si quis aduersus hoc tentauerit, (quoniam contra doctrinam Apostoli est dicentis: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus,*) <sup>1. Tim. 2.</sup> & sæculariter agit; ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto, fluctibus sæculi, vt potentibus sæculi placeat, se immergit. Distriktius autem decreuimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum audeat attentare.

## XIII.

Quia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates diuersas ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales contra sacrorum Canonum instituta nituntur acquirere, ita vt cum vnum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum; ne id de cetero fiat, distriktius inhiemus. Cum igitur ecclesia, vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere: quod si aliter fuerit actum, & qui receperit, quod contra sanctos Canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestate priuetur.

## XIV.

Quia in tantum iam quorundam processit ambitio, vt non duas, vel tres, sed sex aut plures ecclesias perhibeantur habere, nec duabus debitam possint prouisionem impendere: per fratres, & coepiscopos nostros carissimos emendari præcipimus, & de

multitudine præbendarum Canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum: eorum, qui ecclesiis digne valeant deferuire, volumus ecclesiasticis beneficiis indigentiam subleuari. Præterea, quia in tantum quorundam laicorum processit audacia, vt episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituunt in ecclesiis, & remoueant etiam cum voluerint; possessiones quoque, atque alia bona ecclesiastica, pro sua plerumque voluntate distribuunt, & tam ecclesias ipsas quam earum homines, talliis, & exactionibus præsumant grauare: eos qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos; presbyter autem siue clericus, qui ecclesiam per laicos sine proprii episcopi auctoritate receperit tenendam, communionem priuetur: & si perstiterit, a ministerio ecclesiastico & ordine deponatur. Sane quia laici quidam ecclesiasticas personas & ipsos etiam episcopos suo iudicio stare compellunt, eos qui de cetero id præsumpserint, a communionem fidelium decernimus segregandos. Prohibemus etiam ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiæ non \* tradiderit, Christiana sepultura priuetur.

## XV.

Cum in officiis caritatis illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoscimus accepisse; e contrario ecclesiastici quidam clerici, cum ab ecclesiis suis multa bona perceperint, bona

ANNO  
CARISTI  
1179\* reddi-  
deus.

ANNO  
CHRISTI  
1179

per ecclesias acquisita, in alios vsus præsumant transferre. Hoc igitur quia & antiquis Canonibus constat inhibitum, nos etiam nihilo minus inhibemus. Indemnitati itaque ecclesiarum providere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere. Præterea quoniam quidam in quibusdam partibus sub precio statuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate episcopalem iurisdictionem exercent, præsentis decreto statuimus, vt qui de cetero id præsumpserit, officio suo priuetur, & episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

XVI.

Cum in cunctis ecclesiis, quod pluribus, & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimis, & reprehensione est dignum, quod \* quarumdam ecclesiarum pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem \* multoties impediunt, & ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præsentis decreto statuimus, vt nisi a paucioribus & inferioribus aliquid \* rationale fuerit ostensum, appellatione remota, semper præualeat, & suum consequatur effectum, quod a maiori, & \* seniori parte \* capituli fuerit constitutum. Nec nostram constitutionem impediat, si forte aliquis ad conseruandam ecclesiæ suæ consuetudinem iuramento se dicat adstrictum: non enim dicenda sunt iuramenta, sed potius periuria, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam, & sanctorum pa-

\* per  
quasdam  
ecclesias

\* multo-  
rum

\*rationa-  
biliter  
obiectū  
fuerit &  
ostensum  
appella-  
tione re-  
mota,  
\* seniori  
\* Conci-  
lii

trum veniunt instituta. Si autem huiusmodi consuetudines, \* quæ ratione iuuantur, & sacris congruunt institutis, \* irritare præsumperit, donec congruam egerit pœnitentiam, a dominici corporis perceptione fiat alienus.

## XVII.

Quoniam in quibusdam locis ecclesiarum fundatores, aut heredes eorum potestate in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur: & cum in ecclesia Dei vnus debeat esse qui præsit, ipsi plures sine respectu subiectionis eligere moluntur: & cum vna ecclesia vnus debeat esse rectoris, pro sua defensione plurimos repræsentant. Quocirca præfenti decreto statuimus, vt si forte in plures partes fundatorum se vota \* diffuderint, ille præficiatur <sup>dioc.</sup> ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimorum eligitur & probatur assensu. Si autem hoc sine scandalo fieri nequiverit, ordinet antistes ecclesiam, sicut melius secundum Deum viderit ordinandam. Idipsum etiam faciat, si de iure patronatus quæstio emerferit inter aliquos, & cui competat, infra \* tres menses non fuerit definitum.

## XVIII.

Quoniam ecclesia Dei & in iis quæ spectant ad subsidium corporis, & in iis quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus sicut pia mater providere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi, & proficiendi oportunitas subtrahatur, per vnamquamque ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos eiusdem ecclesiæ, & scholares pauperes gratis doceat, com-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

petens aliquod beneficium assignetur, quo docentis necessitas subleuetur, & discipulis via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis siue monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus precium exigat, vel sub obtentu alicuius consuetudinis, ab iis qui docent, aliquid quærat: nec docere quempiam, petita licentia, qui sit idoneus, interdicat. Qui vero contra hoc venire præsumpserit, a beneficio ecclesiastico fiat alienus. Dignum quidem esse videtur, vt in ecclesia Dei fructum laboris sui non habeat, qui cupiditate animi vendit licentiam docendi \* ecclesiarum profectum nititur impedire.

## XIX.

Non minus pro peccato eorum qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui sustinent, graue nimis esse dignoscitur, quod in diuersis partibus mundi rectores, & consules ciuitatum, nec non & alii qui potestatem habere videntur, tot ecclesiis frequenter onera imponunt, & ita grauibas eas crebrisque exactionibus premunt, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem, omnibus aliis ser- Gen. 47. uilituti subiectis, sacerdotes suos, & eorum possessiones in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. Isti vero vniuersa fere onera sua imponunt ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, vt illud eis, quod Ieremias deplorat, competere videatur: *Princeps prouinciarum facta est sub* Thron. 1.

*tributo.* Siue quidam fossata, siue expeditiones, siue quælibet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum, clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis cuncta volunt fere \* compilari. Iurisdictionem etiam & auctoritatem episcoporum, & aliorum prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Super quo dolendum est pro ecclesiis: dolendum etiam nihilo minus & pro ipsis, qui timorem Dei & ecclesiastici ordinis reuerentiam videntur penitus abieciſſe. Quocirca sub anathematis diſtinctione ſeuerius prohibemus, ne de cetero talia præſumant attentare, niſi episcopus & clerus tantam neceſſitatem, vel vtilitatem aſpexerint, \* vt abſque vlla coactione, ad releuandas communes \* neceſſitates, vbi laicorum non ſuppent facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alii de cetero id præſumpſerint, & comoniti deſiſtere forte noluerint, tam ipſi, quam eorum fautores excommunicationi ſe nouerint ſubiacere: nec communioni fidelium reddantur, niſi ſatiſfactionem fecerint competentem.

X X.

Concilium  
Lateranen-  
ſe ſub Inno-  
centio II.  
Canon. 14.

Felicis memoriae papæ Innocentii, & Eugenii prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, deteſtabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire ſolent, & ad oſtentionem virium ſuarum & audaciæ temere congregiuntur, vnde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proueniunt, fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibidem mortuus

fue-



ANNO CHRISTI 1179.  
 fuerit, quamuis ei poscenti venia non negetur, ecclesiastica tamen careat sepultura.

XXI.

Treguas a quarta feria post occasum solis vsque ad secundam feriam in ortum solis, & ab aduentu Domini vsque ad octauas epiphaniæ, & a septuagesima vsque ad octauas paschæ, ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus. Si quis autem treguam frangere tentauerit, post tertiam commotionem, si non satisfecerit, episcopus suus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptam vicinis episcopis annuntiet, quorum nullus excommunicatum in communionem suscipiat: imo scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat. Et quoniam funiculus Eccles. 4. triplex non facile rumpitur, præcipimus, vt episcopi solum Dei, & salutis populi habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuam sibi consilium & auxilium præstent; neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in opere Dei tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis suæ incurrat.

\* f. scipio

\* cupiditate, alias tepiditate

\* hoc opere

XXII.

Innouamus vt presbyteri, monachi, clerici, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeuntes, & in agri cultura existentes, & animalia quæ semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur. Nec quisquam alicui nouas pedagiorum exactiones sine auctoritate regum & principum consensu statuere, aut statutas de nouo tene-

\* quibus stant, & seminant  
 \* alicubi  
 \* auctoritate & consensu regum & principum statuere,

Concil. Tom. 27.

Mmm

re, aut veteres augmentare aliquo modo temere præsumat. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & commonitus non destiterit; donec satisfaciat, communionem careat Christiana.

## XXIII.

Cum dicat Apostolus, abundantiorē honorem membris infirmioribus deferendum, ecclesiastici quidam quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, quærentes, leprosis, qui cum sanis habitare non possunt, & ad ecclesiam cum aliis conuenire, ecclesias & cœmeteria non permittunt habere, nec proprii iuuari ministerio sacerdotis. Quod quia procul a pietate Christiana esse dinoscitur, de benignitate apostolica constituimus, ut ubicumque tot simul sub communi vita fuerint congregati, qui ecclesiam sibi cum cœmeterio constituere, & proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, ut iniuriosi veteribus ecclesiis de iure parochiali nequaquam existant. Quod namque eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur.

## XXIV.

Ita quorundam animos occupauit sæua cupiditas, ut cum gloriantur nomine Christiano, Saracenis arma, ferrum & ligamina galearum deferant, & pares eis, aut etiam superiores in malitia fiant, dum ad impugnandos Christianos, arma eis & necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro sua

ANNO CHRISTI 1179.  
 cupiditate in galeis & piraticis Saracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur a communione ecclesiæ præcisos, & excommunicationi pro sua iniquitate subiectos, & rerum suarum per sæculi principes catholicos & consules ciuitatum priuatione mulctari, & captiuorum seruos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus etiam, vt per ecclesias maritimarum urbium crebra & solennis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoque pœnæ subdantur, qui Romanos aut alios Christianos pro negotiatione, vel aliis causis honestis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. Illi etiam qui Christianos naufragia patientes, quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur, \*damnanda cupiditate rebus suis spoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiaccere.

## XXV.

\*f. crimin

Quia in omnibus fere locis \*tantum vsurarum ita inoleuit, vt multi aliis negotiis prætermisissis, quasi licite vsuras exercent, & qualiter vtriusque testamenti pagina condemnentur, nequaquam attendant: ideo constituimus, vt vsurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam. Sed nec eorum oblationem quisquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Christianæ tradiderit sepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium sui episcopi satisfaciatur, ab officii sui maneat executione suspensus.

Concil. Tom. 27.

M m m ij

## XXVI.

Iudæi siue Saraceni nec sub alendorum \* pue-  
rorum obtentu, nec pro seruitio, nec alia qua-  
libet causa Christiana mancipia in domibus suis  
permittantur habere. Excommunicentur autem,  
qui cum eis præsumpserint habitare. Testimonium  
quoque Christianorum aduersus Iudæos in omni-  
bus causis, cum illi aduersus Christianos testibus  
suis vtantur, recipiendum esse censemus: & ana-  
themate decernimus feriendos, quicumque Iu-  
dæos Christianis voluerint in hac parte præferre,  
cum eos subiacere Christianis oporteat, & ab eis  
pro sola humanitate foueri. Si qui præterea Deo  
inspirante ad fidem se conuerterint Christianam,  
a possessionibus suis nullatenus excludantur, cum  
melioris conditionis conuersos ad fidem esse oporteat,  
quam antequam fidem acceperunt, habeban-  
tur. Si autem secus factum fuerit, principibus vel  
potestatibus eorundem locorum sub pœna ex-  
communicationis iniungimus, vt portionem he-  
reditatis & bonorum suorum ex integro eis faciant  
exhiberi.

## XXVII.

Sixtus Leo  
epist. 4.

Sicut ait beatus Leo, licet ecclesiastica disciplina  
facerdotali contenta iudicio, cruentas non \* effi-  
ciat vltiones, catholicorum tamen principum con-  
stitutionibus adiuuatur, vt sæpe quærant homines  
salutare remedium, dum corporale super se me-  
tuunt euenire supplicium. Eapropter, quia in Ga-  
sconia, Albegeſio & partibus Tolosanis & aliis lo-  
cis, ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patri-

ANNO  
CAROLI  
1177.  
\* parro-  
rum lap-  
rum.

ANNO  
CAROLI  
1177.

frat-  
con-  
frat-  
ri-

publice  
con-  
muni-  
tate,  
mari,

frat-  
ri-  
no

ANNO  
CHRISTI  
1179.

nos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, in-  
ualuit damnata peruersitas, vt iam non in occulto,  
sicut aliqui, nequitiam suam exercent, sed suum  
errorem publice manifestent, & ad suum consen-  
sum simplices attrahant, & infirmos: eos, & de-  
fensores eorum, & receptores anathemati decerni-  
mus subiacere: & sub anathemate prohibemus, ne  
quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fo-  
uere, vel negotiationem cum eis exercere præsu-  
mat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub  
nostrorum priuilegiorum cuiuslibet indultorum ob-  
tentu, nec sub aliacumque occasione, aut oblatio  
fiat pro eis, aut inter Christianos recipiant sepultu-  
ram. De \* Brabantionibus & Aragonensibus, Naua-  
riis, \* Bascolis, Coterellis & Triauerdinis, qui tan-  
tam in Christianos immanitatem exercent, vt nec  
ecclesiis, nec monasteriis deferant, non viduis, &  
pupillis, non senibus, & pueris, nec cuiuslibet parcant  
ætati, aut sexui, sed more Paganorum omnia per-  
dant, & vastent; similiter constituimus, vt qui eos  
conduxerint, vel tenuerint, vel fouerint per regio-  
nes, in quibus taliter debacchantur, in dominicis,  
& aliis solennibus diebus \* per ecclesias publice de-  
nuntientur, & eadem omnino sententia, & pœna  
cum prædictis hæreticis habeantur adstricti, nec ad  
communione recipiantur ecclesiæ, nisi societate  
illa pestifera, & hæresi abiuratis. Relaxatos autem  
se nouerint a debito fidelitatis, & hominii, ac to-  
tius obsequii, donec in tanta iniquitate permanse-  
rint, quicumque illis aliquo \* peccato tenentur an-  
nexi. Ipsis autem, cunctisque fidelibus in remissio-

Mmm iij

\* Braban-  
conibus

\* Baschis

\* publice  
excom-  
municati  
denun-  
tiantur,

\* peccato

nem \* peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus <sup>ANNO</sup> se viriliter opponant, & contra eos armis popu- <sup>CAUSAE</sup> lum Christianum tueantur. Confiscenturque eo- <sup>1179.</sup> rum bona, & liberum sit principibus, huiusmodi <sup>omni</sup> homines subiicere seruituti. Qui autem in vera pœ- <sup>peccan-</sup> nitentia ibi decesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ se non dubitent percepturos. Nos etiam de misericordia Dei, & beatorum apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & ad episcoporum, seu aliorum prælatorum consilium, ad eos decertando expugnandos, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus: aut si longiorem ibi moram habuerint, episcoporum discretioni, quibus huius rei \* causa fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni episcoporum in huiusmodi parte parere contempserint, a perceptione corporis, & sanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad eos expugnandum, laborem \* iustum asumpserint, sicut eos, qui sepulcrum dominicum visitant, sub ecclesiæ defensione recipimus, & ab vniuersis inquietationibus, tam in rebus, quam in personis statuimus manere securos. Si vero quispiam vestrum præsumperit eos molestare, per episcopum loci excommunicationis sententia ferriatur: & tamdiu sententia seruetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum satisfaciat. Episcopi vero, siue

ANNO  
CHRISTI  
1179.

presbyteri, qui talibus fortiter non restiterint, officii sui priuatione mulctentur, donec misericordiam apostolicæ sedis obtineant.

IN

CONCILIVM LATERANENSE III.

OECEVMENICVM ET VNIVERSALE VNDECIMVM approbatum, trecentorum episcoporum, pro reformanda in fide & moribus ecclesia, contra hæreses Catharorum, (quos VValdenses & Albigenfes alii appellant) & schismaticos ab antipapis ordinatos celebratum anno Domini MCLXXIX. tempore Alexandri papæ III. & Friderici imperatoris I.

NOTÆ.

\* Concilium. ] Hanc Synodum Alexandri papæ auctoritate congregatam fuisse indicat Otto Frisingensis lib. 7. cap. vltimo his verbis: *Alexander vniuersalis totius ecclesie pater canonice confirmatus est, qui secundo confirmationis sue anno maximum Roma Concilium congregauit, in quo plures episcopos schismaticos, & plures diuersorum ordinum per ipsos ordinatos degradauit & damnauit.* Robertus continuator Sigeberti anno 1179. in appendice: *Alexander papa, inquit, misit Octauianum subdiaconum Romanae ecclesie ad Rothomagensem prouinciam, ut conuocaret archiepiscopum & suffraganeos eius & abbates illius prouincie. Et misit similiter alios subdiaconos ad orientem, & occidentem, & meridiem, & septentrionem, ut conuenirent ad Concilium generale, quod erat futurum proxima quadragesima in ciuitate Roma. Epistola congregandi Concilii ad omnes episcopos scripta extat supra, ex bibliotheca abbatis Florentini accepta.* Hæc de Concilio Romani pontificis auctoritate anno 1178. indicto. De celebratione actusque eiusdem Concilii paulo infra ait: *Anno 1180. Alexander papa tertius tenuit generale Concilium Roma media quadragesima, cuius decreta, quæ ab eo, & ab aliis coepiscopis eius ibi constituta sunt, apud nos habentur.* Acta Concilii prodierunt in lucem per Bartholomæum Laurens, Poin cognominatum, qui in præfatione (quam infra ante appendicem Lateranensis Concilii inuenies) profitetur se eadem ex quodam manuscripto volumine pergamenico descripsisse. Et sicut ille appendicem huius Concilii ab actis putauit non esse diuidendam, quamquam certo sibi persuaderet eamdem ad hanc Synodum non pertinere: siquidem nihil aliud sit quam quædam compilatio capitulorum, & decretorum pontificiorum, quæ a diuersis pontificibus, quorum alii Alexandrum antecesserunt, alii subsecuti sunt, edita & constituta fuerunt; ita ego eamdem appendicem & com-

Hæc Synodus ab Alexandro papa indicta est.

Acta Concilii vnde accepta?

Cur præfatio Bartholomæi cum indice appendicis actis synodalibus postposita.

pilationem suo loco relictam esse volui, nisi quod præfatiunculam illam Bartholomæi Laurens, vna cum indice rerum in appendice contentarum, immediate ipsi appendici præfigi, ac siquæ synodalibus postponi curauerim, ideo quod nullum summarium, vel titulum alicuius capituli Lateranensis comprehendat. Titulos capitulis Lateranensibus præfixos ego ex editione actorum synodalium, quæ extant apud Rogerum de Houeden, annalium Anglicanarum scriptorem, desumpsi. Lectio capitulorum variat: ordo quoque plane diuersus est; tamen superuacaneum esse putavi, eam dumtaxat ob rem, secundam capitulorum editionem inferere.

Tituli capitulorum vnde accepti?

Oecumenica Synodus.

<sup>b</sup> *Oecumenicum.* ] Synodum hanc vniuersalem & oecumenicam fuisse præter auctores supra nominatos ipsa ratio persuadet: nimirum, quia omnes scriptores fatentur eidem Concilio pontificem Romanum præfuisse, eique plures orientalium per se vel per suos legatos interfuisse.

Numerus episcoporum quantum?

<sup>c</sup> *Trecentorum episcoporum.* ] Quia Guilielmus Tyrius, qui huic Concilio præfuit interfuit, aperte fatetur trecentos episcopos præfuit fuisse, hac in re eiusdem sententiæ accedendum esse putavi, quantumuis initio actorum scribantur ducenti octoginta episcopi dumtaxat congregati fuisse. Verba Tyrii libro 21. belli sacri, cap. 26. ista sunt: *Anno ab incarnatione Domini 1178. qui erat regni domini Balduini quarti annus quintus, mense Octobri, cum anno precedente indicta esset per vniuersum Latinorum orbem Roma Synodus generalis, ad eandem Synodum vocati profecti sunt de nostro oriente, ego V Vilhelmus Tyrensis archiepiscopus, Albertus Bethlehemita episcopus, Heraclius Casariensis archiepiscopus, Rodolphus Sebastenus episcopus, Iotius Aconensis episcopus, Romanus Tripolitanus episcopus, Petrus prior ecclesie domini sepulcri, Rainaldus abbas ecclesie montis Sion, &c. Cumque ea quæ in itinere sibi acciderant retulisset, subiungens ait: Per idem tempus (nimirum 12. Kalendas Aprilis) Roma celebrata est Synodus in basilica Constantiniana, qua dicitur Lateranum, trecentorum episcoporum, pontificatus domini Alexandri vigesimo, mense Martio indictionis duodecima quinta die mensis. Cuius si quis statuta & episcoporum nomina, numerum & titulos scire desiderat, relegat scriptum, quod nos ad preces sanctorum patrum, qui eidem Synodo interfuerunt, confecimus diligenter: quod inter ceteros, quos eidem contulimus ecclesie libros, cui iam sex annos præsumimus, iussimus collocari. Hæc de numero episcoporum & tempore habiti Concilii oecumenici Tyrius prædicto loco. Ex Scotia & Anglia qui, quales, & quot episcopi præfuit fuerint, & quo loco pontifex sederit, Rogerus prædicto loco enarrat his verbis:*

Ex oriente qui adfuerint?

Ex Scotia qui, quales, & quot episcopi interfuerint?

*Post natale Domini venerunt de Hibernia in Angliam Laurentius Dublinensis, & Catholicus Tuamensis, archiepiscopi, & quinque vel sex episcopi Romam ad Concilium ituri. Similiter de regno Scotie transferunt per Angliam episcopi & abbates quamplures. & illi omnes tam de Hibernia, quam de Scotia, & aliis insulis per Angliam transfuerunt, pro licentia transeundi iurauerunt, quod neque regi, neque regno eius damnum quærent. De Anglia autem quatuor episcopi tan-*



ANNO  
CHRISTI  
1179.

tum Romam profecti sunt: videlicet Hugo Dunelmensis episcopus, & Ioannes Norewicensis episcopus, & Robertus Herefordensis episcopus, & Reginaldus Bathoniensis episcopus, & abbates quamplures. Episcopi autem Anglia constanter asseruerunt, quod ad generale Concilium domini papa quatuor episcopi de Anglia tantum Romam mittendi sunt. Congregatis itaque vniuersis Roma in presentia domini papa Alexandri, ipse papa in Lateranensi ecclesia in eminentiori loco cum cardinalibus suis, & prefectis, & senatoribus, & consulibus Urbis, constitutus, &c. Hæc ille.

<sup>d</sup> Pro reformanda in fide, &c..] Acta synodalia summam & compendiosè Matthæus Paris anno Domini 1179. ita describit: Eodem anno habitum est Concilium generale trecentorum & decem episcoporum, 14. Kalendas Aprilis in patriarchio Lateranensi, cui præsedit dominus papa Alexander III. Cuius statuta omni laudè dignissima sub viginti octo, quæ sequuntur, capitulis continentur. De electione summi pontificis. De hereticis Albigenſibus, & diuersis eorum appellationibus. De ruptariis & Brebantius predonibus, qui fideles affligunt. Quod nullus promoueatur in episcopum vel ad aliquem ordinis gradum, nisi legitime sit ætatis, & de legitimo matrimonio susceptus. Ne viuentibus personis ecclesia conferantur, nec illis defunctis, nisi ultra sex menses vacent. De appellationibus. Ne intra sacros ordines constituti, vel qui ecclesiasticis sustentantur stipendiis, rebus se immisceant secularibus. De treguis statuendis, & temporibus treguarum. Quod clerici vnã habeant tantum ecclesiam, & quod episcopus, si aliquem sine certo ordinauerit titulo, tamdiu necessaria inueniat, donec ei in aliqua ecclesia stipendia assignet. Ne patroni vel quilibet laici ecclesias opprimant, aut ecclesiasticas personas. Ne Iudæi vel Saraceni Christiana mancipia permittantur habere, sed ad fidem Christi si conuerti voluerint, a possessoribus suis nullatenus excludantur. Vt leprosi, si excluduntur a cohabitatione hominum, oratorium habeant & proprium sacerdotem. Ne bona ecclesiastica in vsus alios conuertantur, nec decani pro certa pecuniæ quantitate iurisdictionem exerceant episcopalem. Vt in electionibus vel ecclesiasticis ordinationibus consequatur effectum, quod a maioris & senioris Concilii parte fuerit constitutum. Quod vsurarii manifesti ad communionem altaris non admittantur, nec Christianam habeant sepulturam. Vt agricola & viatores, & omnia quæ sua sunt, plena vbiq; pace & securitate latentur. Vt ordinationes a schismaticis factæ, irritæ habeantur & inanes, & beneficia ab eis collata reuocentur. Ne pro ecclesiasticis instituendis personis, seu mortuis sepeliendis, aut nubentibus benedicendis, vel aliis ecclesie sacramentis, aliquid exigatur. Ne viri religiosi vel quilibet alii, ecclesias vel decimas præsumant de manu suscipere laicorum, sine auctoritate episcoporum, & non nisi semel in anno Templarii siue Hospitalarii ecclesias sub interdicto positas aperiant, nec corpora sepelire tunc præsumant. Ne quis interuentu pecuniæ habitum religionis vsurpare præsumat, nec conuersus peculium habeat, nec facti prælati non nisi pro dilapidatione vel incontinentia degradentur. Ne Christiani Saracenis arma vendant, nec patientes naufragium,

quisquam spoliare presumat. Vt clerici intra sacros ordines constituti, continenter viuant, & si in illa incontinentia, qua contra naturam sit, deprehensi fuerint laborare, excommunicentur, & a clero abiiciantur. Vt archiepiscopi parochias vel ecclesias visitantes, quadraginta vel quinquaginta equorum numero sint contenti; episcopi, viginti vel triginta; legati, viginti quinque; archidiaconi, quinque vel septem; decani, duarum euectionum numerum non excedant. Vt nullus torneamenta exercere presumat, & mortui in torneamentis Christiana careant sepultura. Quod vnaquaque cathedralis ecclesia magistrum habeat, qui pauperes scholares & alios doceat, nec pro licentia docendi aliquis precium exigat. Vt prelati vnā tantum regant ecclesiam, & quod patroni ab ecclesia in suo fundo constitutis exactiones non faciant. Ne episcopi seu viri ecclesiastici stare compellantur iudicio laicorum, nec laici laicis decimas conferre presumant. Si quis ab aliquo commodata pecunia possessiones in pignus acceperit, si deductis expensis sortem suam receperit ex fructibus possessionis, pignus restituat debitori.

Præter ea quæ supra commemorauimus, Rogerus ista habet: Congregatis itaque vniuersis, quos supra recensui, episcopis, Roma in presentia domini papa Alexandri; ipse papa in Lateranensi ecclesia in eminentiore loco cum cardinalibus suis & prefectis & senatoribus & consulis Vrbs constitutus feria secunda tertie hebdomade quadragesime, qua tertio Nonas Martii euenit, primum Concilii sui diem celebrauit quarta feria sequentis hebdomade, qua secundo Idus Martii euenit. In quo Concilio VVilhelmus Rhemensis archiepiscopus factus est cardinalis ad titulum sanctæ Sabine; & Henricus abbas Claraualensis factus est episcopus cardinalis Albanensis; & dominus papa tertium diem Concilii sui celebrauit secunda feria ante dominicam In ramis palmarum, qua decimoquarto Kalendas Aprilis euenit. In quibus hac decreta subscripta generaliter obseruanda constituit:

#### De Romano pontifice eligendo.

#### Licet de vitanda discordia, &c.

Prout supra habentur in actis, nisi quod ordo capitulorum sit hic alius. Circa finem vltimi capituli ista subiungit:

His itaque decretis promulgatis, & ab vniuerso clero ac populo circumstante receptis, episcopi & ceteri viri ecclesiastici, qui conuenerant, cum munere benedictionis licentiam repatriandi accipere meruerunt.

Hæc Rogerus de actis Concilii Lateranensis.

In hoc eodem Concilio Lateranensi episcopi illi Germaniæ, & alii qui contra Alexandrum secuti fuerant imperatorem schismaticum, schisma abdicantes, veniam supplices postularunt, hac forma præscripta:

Albertus  
Stadenis in

Ego N. anathematizo, & recuso omnem hæresin ex-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

tollentem se aduersus sanctam Romanam ecclesiam catholicam, præcipue vero schisma Octauiani, Guidonis, & Ioannis, & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico, & modo inantea me obediturum iuro, & promitto fidelitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, & domino meo Alexandro, & successoribus eius iuste intrantibus; ipsique feruiam absque omni malo ingenio contra omnem hominem secundum ordinem meum. Consilia eius quæ mihi scripto certo mandauerit, vel ipse commiserit, nulli hominum pandam, nec etiam pro periculo corporis, atque membrorum: legatum ecclesiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & iuuabo expensis. sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia. His vero verbis dabantur pallia ipsi: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & in honorem Dei genitricis, & in honorem apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ ecclesiæ Romanæ, & domini papæ Alexandri tradimus tibi pallium, sumptum de beatissimo corpore Petri apostoli, vt eo vtaris in confectione sacramentorum, & corporis & sanguinis Domini, & consecratione ecclesiarum & chrisimatis, & ordinatione clericorum, & celebratione Synodorum secundum ecclesiæ tuæ consuetudinem.

chron. &  
apud Crantzium  
eccles. hist. Sax.  
lib. 7. c. 51.

Quæ præterea in eodem Concilio transacta sunt cum Germanis, Helmoldus sic narrat huius temporis auctor: *Pergebant illuc multi ordinati a schismaticis, sperantes se gratiam apostolici inuenire, & mitras exequendi officii ab eo consequi. Præcipue autem de ecclesia Halberstadenfi, quæ per Geronem nimis demembrata erat, tam monachi, quam clerici clementiam apostolica sedis adierunt. In qua profectio præcipue erat abbas Theodoricus de \*Hilseneburg, quia fere omnis congregatio monachorum suorum in salicibus organa sua suspenderant, exceptis paucis senioribus, qui ante schisma ordinati fuerant. Cumque omni instantia instarent, pulsantes apostolicam pietatem, tandem de ordinatis Geronis dispensatum est, vt quia idem Gero non a schismatico, sed a catholico, Hartuico videlicet Bremensi archiepiscopo, ordinatus fuerat, ordinati eius per gratiam apostolicam in ordinibus suis persisterent, & ad maiores per benedictionem ascenderent. Ipse etiam Gero hanc obtinuit gratiam, vt officium pontificale in omni loco libere exequeretur, vt in episcopatu Halberstadenfi. Venit etiam illuc dominus Bertoldus Bremensis electus in promotione officii sui suscepturus apostolicam benedictionem. Quem dominus papa benigne suscipiens, de promotione eius instantissime tractare cepit. Ipsi etiam omnem honorem deferebat, ita vt in Concilio prelatorum cathedram suam inter summos pontifices collocaret, & eum insulatum coram se residere faceret. Cumque in proximo Concil. Tom. 27.*

Helmoldus  
chron. lib  
1. cap. 28.

Nnn ij

mo sabbato promouendus esset in sacerdotem, & sequenti dominica in episcopum: feria sexta ad vesperam venit nuntius ducis Henrici, Otto prepositus, qui erat acerrimus perorator: & quia idem notus erat summo sacerdoti, statim intrauit ad ipsum. Mane autem facto, cum se Bremensis electus ad suscipiendos ordines prepararet, & ei Humbaldus cardinalis, qui post Alexandrum factus est Lucius, in quo summa consilii Romana ecclesia pendebat, preparaturam suam, eo quod inhonestior non esset, deputasset, dictum est a cubicularius domini papa: Veniant Bremenses. Venit igitur dominus electus cum suis, & dominus apostolicus egressus de cubiculo suo dixit ad eum: Frater, quia infra sacros ordines ad honorem pontificatus electus es, cassamus electionem tuam. Cumque quidam astantium dicerent: Domine, meminerit pietas vestra, quod electionem ipsius approbauerit. Apostolicus in cubiculum unde egressus fuerat, reuersus est: Bertoldus autem non sine rubore discessit.

Crantzius  
lib. 7. cap. 4.

Sed petamus acta ipsa narrata diffusius apud Albertum abbatem Stadensem, sed male anno sequenti, a quo & sumpserit alii recentiores, his verbis: Bremensis ecclesia tum quoque innouabat pontificem. Nam anno Christi septuagesimo octavo post millesimum centesimum Balduinus excessit humanis rebus, cum ipsa die esset sua depositionis literas a Romano pontifice accepturus. Et quidam Bertoldus vir insignis literature eligitur, ut praeueniatur Henrici ducis molitio. Solus Otto prepositus ab hac electione appellabat, pratendens Sifridum marchionis Alberti filium episcopum iam dudum Brandeburgensem in eam sedem sustolli, quod etiam post multa prouenit. Ascenderat Bertoldus electus ad Concilium Lateranense, quod Roma audierat congregari, petiuitque consecrationem, certissimus spei, quod omnia ex voto consequeretur. Sed pridie sederat in Concilio inter episcopos insultatus, cum tamen non esset presbyter, unde magnam contraxit inuidiam. Aderat illi quidam magister Gerardus, qui pro illo allegabat in Concilio his verbis: Domine pater, ecce Bremensis ecclesia concordat & unanimes voto offert tibi sponsum suum magistrum Bertoldum virum utriusque dignum & moribus approbatum, scientia decoratum, liberalibus artibus instructum, utriusque testamenti pagina eruditum, decretorum & legum industria peritum, virum (ut apparet) personatum canonice, & sine contradictione electum; petitque a te hodie accipere gradum sacerdotii, & cras episcopalem benedictionem.

Papa breuiter ad haec: Credimus tibi dicenti, magister, sed scriptum est: Manum nemini cito imposueris. Loquamur cum fratribus nostris, audiamus formam electionis. Examinantur Bremenses per duos cardinales, Rainerium Papiensem, & Ioannem Neapolitanum, & inuenti sunt discordare. Papa in consistorio suo sententiam dixit: Fratres, vidimus electum vestrum: placet persona, placet scientia, placet eloquentia, placent etiam (quantum nouimus) mores: verum modus electionis displicet, praesertim quia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed acoluthatum, electus; quo gradu secundum rigorem iuris licet contrahere matrimonium, quod canonicis obuiat institutis. Appellationem quoque super hoc factam audiimus, quam coactus est resignare appellator; insuper se denuo fecit eligi, & secunda electio cassauit primam. Praeterea ele-

ANNO CHRISTI 1179.  
*Etus vester ante sacros ordines accepit regalia de manu imperatoris. Hæc non admittunt dispensationem de facili; & alia quæ præterimus. Inde est, quod electionem vestram infirmam & irritam pronuntiamus. Data sententia, volenti loqui deposito non est data audientia: sed ostiarii clamabant: Leuate, andate, andate, andate. Hactenus acta Concilii in causa Bremensis electi.*

Spectant ad eiusdem Romani Concilii acta, quod Græcorum schismaticorum legatus Nectarius abbas, eadem qua venit animi indurata nequitia atque peruersitate, inflexus & obstinatus, post prolixas disputationes est reuersus ad suos, a quibus tamquam in Olympiacis victor est receptus. Significant ista literæ, quas ad ipsum tunc temporis dedit Georgius Corcyræ episcopus, & ipse eadem fugigine tinctus, & morbo affectus, his verbis:

*Sapientissimo præposito sancti monasterii Casulorum, & meo dilecto fratri in spiritu domino Nectario Georgius Corcyræ metropolita, & tuarum precum egens.*

**Q**VÆRVNT multi cur tu, optime Nectari, & ego tanto tempore taceamus, qui priores illas frequentes nostras mutuas literas nouerunt, ac illas tribuunt, amoris illi, qui ex mutua aliqua necessitate oriri solet: & hac de causa intermissas literas autumant, quasi amicitia nostræ vincula sint disrupta. Ego vero iis, qui a me hæc sciscitantur, illud respondere soleo: Annon habemus facultatem vterque nostrum tacendi, & loquendi; vel vtrum ad scientiæ ostentationem id facere oportet, instar garrularum auium? aut quemadmodum in Dodona quondam æs illud perpetuo tempore tinniebat, ita & nobis etiam faciendum? Vel vtrum solus ego & Nectarius debemus loquendi studio nauare operam? cum præsertim Sapientem nobis præcipientem audiamus, quod sapientium labia obstringuntur silentio, & suo tempore clauduntur opportune, & aperiuntur; & quod vir prudens silentium voueat, & linguæ frenum imponit, ne huc illuc deferatur. Sunt enim hæc tempora valde periculosa, & præcipitorum plena. Hæc equidem respondere soleo illis, qui silentii nostri impatientes causas scire contendunt.

Ipsi vero non abstinere propterea, quin potius instantius nos vrgent, huiusmodi verbis: Dic nobis, domine, vtrum ferendum & tolerabile tibi videtur, sapientissimi Nectarii silentium vltterius progredi? Vtrum tibi videtur

Lnc. 12.

honestum, vt nos nihil audiamus de illius profectioe ad urbem magnæ gloriæ Romam? vel de eius impetuoso quodam motu a Deo concitato? dum fama per nostras discurret aures, quod ipse Nectarius ita ingenue & intrepide se gesserit ibi cum aduersariis, vt omnino non quasi iudicandus, sed iudicaturus potius, & damnaturus accesserit prauos hæreticorum errores. Gladius enim factus est, veritatem segregans a mendacio, & ignis accensus est, qualem venit vt poneret super terram Christus Dominus, qui deprauantes dogmata foret combusturus, & eos, qui veritati accederent, illuminaturus, nec non refrigeraturus; vt vtrique parti admirabilis apparuerit; alteri quidem, quod tale a Deo firmamentum obtinuerit; alteri vero, quod quasi esset libra quædam, & gnomon exquisitus, eorum cogitationes obliquas optime correxerit. Cum inde fuerit reuersus, & quasi alter Olympionices multis ornatus venerit coronis & præmiis, oporteret, vt ipse nobis non inuideret, & suarum iucundissimarum narrationum nos participes faceret, quandoquidem ab eius aspectu, & loco suorum certaminum ita longe abfuimus. Ita quidem alius hinc, alius aliunde magna cum instantia mecum contendunt. Ego vero cum non valeam quidquam respondere adeo validis obiectionibus, eo deuenio, vt omnino obmutescam, nec possim effugere captiones eorum, qui nec cessabunt, nisi tu ipse nectarea tua aperueris labia, & narraueris ea, quæ coram vertice illo apostolis comparando, summo videlicet pontifice, & cum reliquo corpore illius, quæ ibi est ecclesiæ, optime differueris, & certaueris propositum tibi certamen, cursum consummaueris, & fidem seruaueris, vt reposita corona iustitiæ tibi sit merito expectanda, quam tibi reddet pulcerrimam in extremis temporibus iustus iudex Dominus, qui certamina proponit & præmia seruis suis vt par est. Me vero, qui iam de salute corporis desperavi mei præ grauitate dolorum, qui me nimis angunt; vel ab his doloribus liberet Deus tandem, vel me doceat æquo illos animo ferre, si sua summa prouidentia, vt hæc patiar, conducibilius mihi fore decreuit. Saluta meo nomine dominum Ioannem.

Hæc ex codice Metiano, ex quo ad eundem Nectarium, quæ eiusdem Georgii episcopi Corcyræ breuior extat, epistolam describa-

ANNO CHRISTI 1179. mus: delectat quippe audire Græcum antiquitatis Atticæ quidpiam redolentem, vtinam & pietatis:

*Sapientissimo domino & dilecto fratri præposito sanctissimi monasterii Casulorum domino Nectario minimus metropolitæ Georgius.*

FELICITATEM hanc iudico quouis lucro maiorem, quod tuæ sim vicinus sanctitati, & permaneam in extrema huius maris ora, & aliud mare, virtutis scilicet, & sapientiæ, & doctrinæ, venerandum caput tuum repererim. Si enim segregatus ego a sancto illo Athenarum præfule, multis rerum vicissitudinibus hinc inde iactatus sum, habeo saltem te portum multiplicis consolationis & refrigerii. Et licet nos ab inuicem segregent maria, & oppositi finis, & portus, literis tamen quasi quibusdam nauiculis vehemur; & ego iam incipio, vt ad te per mare transfuehar, hoc pacto. Impono autem epistolæ scypho præter vnum, quod ferri possit (corpus autem tale portatile intelligo) omnia quæcumque mihi sunt, sincerum videlicet amorem, veritatem puram, orationes & preces pro tua salute feruentes, & sine intermissione. Num tibi videntur parua hæc, & nullius momenti? vel potius magni precii, & felices merces? Num tales portare potuit Salomoni regi nauis illa ad Tharsenses missa, & inde tertio quoque anno reuertens onusta? *sed plusquam Salomon hic* (vt aliquid ex verbis Domini ipse mutuer) tum propter maximum eorum precium, quos diximus habituum; siquidem habitus sunt virtutes; præcipue vero propter mentis altitudinem tuæ, instar Salomonis, & propter cordis tui effusionem, & mentis latitudinem. Dicta hæc mihi sint pro temporis conditione, & quia syllabarum harum portitores festinare me cogebant & vrgebant. Si vero Deus diem tranquilliolem nobis largietur, prolixius, & vt scientiæ ratio postulat, agemus cum tua sanctitate. Cupio enim summo pere tuam audire linguam, & sermonem, & exactiorem opto congressum. Degustavi siquidem aliquando, præcipue Byzantii, cum dominus Pelagius te secum trahebat, & ego legatione fungebam pro Athenarum episcopo, orbis scilicet lumine, eius vices sustinens. Sed parce, sapientium virorum præstantissime, & cum fraterna dilectione mu-

2. Paralipomenon 9.

Matth. 12.

tuas orationes & preces pro nobis mitte, quæ Deum nobis propitium reddant.

ANNO CHRISTI 1179.

Hactenus de his quæ spectant ad Nectarium, qui contra Latinos in Synodo pro Græcorum erroribus stetit obstinatissime. Sed reliqua eiusdem Synodi percurramus.

Delata fuit accusatio in eodem Concilio a quibusdam Alexandro papæ aduersus scriptum Petri Lombardi episcopi Parisiensis, quod male sensisset de Christi humanitate, & in aliis fidei articulis ab ecclesia catholica deuiasset. Tunc Alexander papa has dedit literas ad VVillelmum archiepiscopum Senonensem his verbis:

Recitar eas Matthæus Paris in historia Anglicana hoc anno.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, VVillelmo Senonensi archiepiscopo salutem.

CVM in nostra olim esses præsentia constitutus, tibi viua voce iniunximus, vt suffraganeis tuis Parisiis tibi adscitis, ad abrogationem prauæ doctrinæ Petri quondam Parisiensis episcopi, qua dicitur, Quod Christus, secundum quod est homo, non est aliquid; omnino intenderes, & efficacem operam adhiberes. Inde siquidem est, quod fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus quod tibi, cum præsens esses, præcepimus, suffraganeos tuos Parisios conuoces, & vna cum illis, & aliis viris religiosi & prudentibus præscriptam doctrinam studeas penitus abrogare; & a magistris scholaribus ibidem in theologia studentibus Christum sicut perfectum Deum, sic & perfectum hominem, ac verum hominem ex anima & corpore consistentem præcipias edoceri: vniuersis firmiter & districte iniungens, quod doctrinam illam de cetero nequaquam docere præsumant, sed ipsam penitus detestentur.

Hæc tunc Alexander papa, quæ nauiter per eundem Senonensem archiepiscopum impleta fuisse liquet.

Hæreses Catharorum.

Contra hæreses Catharorum. ] Ita nominantur Canone vltimo supra in actis huius Concilii. Quorum hæreses quatuordecim, de mundo a dæmonibus factæ, de baptismo paruulis negato & vsu lacticio-rum damnato, deque omnium sacramentorum contemptu Guido enumerat. Quid de iis sentiat Sanderus in visibili monarchia ecclesiæ, dicam infra verbo, Albigenses.

Vvaldensium hæreses quæ?

Vvaldenses. ] Ita Bellarminus, Genebrardus, Onufrius, aliique plures, nescio quo auctore. Probabile est, eodem testante Guidone Carmelita, anno Domini 1170. in Gallia istis locis, quorum mentio fit supra in hac Synodo Canone vltimo, exortos hoc Concilio



ANNO  
CHRISTI  
1179.

lio Romæ condemnatos fuisse. Inter multa dogmata, quæ iis Guido Carmelita, Bernardus Lutzemburgensis, Antoninus 4. parte, tit. 11. cap. 7. §. 2. & Sanderus in monarchia visibili attribuunt, hæc sunt potissima: Romano pontifici non esse obediendum; eius decreta nullius esse momenti: a iudicio sanguinis simpliciter omnibus esse abstinendum: laicos iustos consecrare & absoluere posse: sacerdotes impios potestatem consecrandi & absoluendi amittere. Semel tantum in anno, idque in cœna Domini, absque forma verborum: *Hoc est corpus meum*, dicendo septies *Pater noster*, & benedicendo panem & vinum consecrabant. Indulgentias per prælatos ecclesiæ datas irridebant; purgatorium, sanctorum inuocationem, & miracula in ecclesia fieri posse negabant; tres tantum ordines, diaconatum, presbyteratum & episcopatum admittebant; dies festos, ieiunia ecclesiæ, salutationem angelicam, & symbolum apostolorum contemnebant. Vrente carnis libidine omnem carnalem commixtionem licitam esse; perfectos manibus laborare non debere, omneque iuramentum prorsus illicitum esse docebant.

VValdenses genus quoddam monasticæ vitæ professos esse, & se-  
dem apostolicam ab initio coluisse, donec hypocrisin suam ab ipsa <sup>VValdenses professione monachi.</sup> nullo modo approbatam iri viderent, testatur huius temporis scriptor abbas Urspergensis in chronico anno Domini 1212. his verbis: *Exorta sunt due religiones in ecclesia, cuius vt aquila renouatur iuuentus, que etiam a sede apostolica sunt confirmata, videlicet Minorum fratrum, & Prædicatorum. Quæ sorte hac occasione sunt approbata, quia olim due sectæ in Italia exorta adhuc perdurant, quorum alii Humiliatos, alii Pauperes de Lugduno se nominabant; quos Lucius papa quondam inter hæreticos scribebat, eo quod superstitiosa dogmata & obseruationes in eis reperirentur. In occultis quoque predicationibus, quas faciebant plerumque in latibulis, ecclesia Dei, & sacerdotio derogabant. Vidimus tunc temporis aliquos de numero eorum, qui dicebantur Pauperes de Lugduno, apud sedem apostolicam cum magistro suo quodam, vt puto, Bernhardo; & hi petebant sectam suam a sede apostolica confirmari, & priuilegiari. Sane ipsi dicentes se gerere vitam apostolorum, nihil volentes possidere, aut certum locum habere, circuibant per vicos & castella. At dominus papa quedam superstitiosa in conuersatione ipsorum eisdem obiecit, videlicet quod calceos desuper pedem præcidebant, & quasi nudis pedibus ambulabant. Præterea cum portarent quassdam cappas, quasi religionis, capillos capitis non attondebant, nisi sicut laici. Hoc quoque probrosus in eis videbatur, quod viri & mulieres simul ambulabant in via, & plerumque simul manebant in vna domo, vt de eis diceretur, quod quandoque simul in lectulis accubabant. Quæ tamen omnia ipsi asserabant ab apostolis descendisse. Ceterum dominus papa in loco illorum exurgentes quosdam alios, qui se appellabant pauperes Minores, confirmauit: qui prædicta superstitiosa & probrosa respuebant, sed præcisè nudis pedibus tam æstate quam hyeme ambulabant, & neque pecuniam, nec quidquam aliud præter victum accipiebant, etsi aliquando vestem necessariam quisquam ipsis sponte confere-*

Concil. Tom. 27.

Ooo

bat; non enim quidquam petebant ab aliquo. Hi tamen postea attendentes, quod nonnunquam nimia humilitatis nomen gloriationem importet, & de nomine paupertatis, cum multi eam frustra sustineant, apud Deum vanius inde gloriantur, maluerunt appellari Minores fratres, quam Minores pauperes, apostolica sedi in omnibus obedientes. Alii, videlicet Predicatores, in locum Humiliatorum successisse creduntur. Humiliati quippe, nulla habita auctoritate aut licentia prelatorum, mittentes falcem in messem alienam, populis predicabant, & vitam eorum plerumque regere satagebant, & confessiones audire, & ministeriis sacerdotum derogare. Quae volens corrigere papa, ordinem Predicatorum instituit & confirmavit. Illi quippe rudes & illiterati cum essent, operibus manuum instabant, & predicabant, accipientes necessaria a suis credentibus: isti vero studio & lectioni sacre scriptura iugiter insistentes, tantum in scribendo libros opus faciebant: & eos diligentissime a magistris suis audiebant, ut cum sagittis & arcu & omni armatura fortium possent ingredi, & stare pro defensione sanctae matris ecclesiae, & ex aduerso ascendere, & ponere se murum pro domo Israel, dum fidem roborant, virtutes instruunt, statuta ecclesiae docent & collaudant, vitia hominum & prauitates redarguunt & castigant. Nihilominus sedi apostolicae in omnibus obediunt, a qua auctoritatem precipuam trahunt. Haec ille.

Guido Carmelita, qui vixit ante annos ducentos & plures, in summa de haeresibus: *Setta*, inquit, *VValdensium* incepit circa annum Domini 1170. Fuit *VValdesius* cuius *Lugdunensis*, qui diuitias reliquit ut pauper fieret, & Christum sequeretur, & euangelicam perfectionem seruaret. Sed errore prauae intelligentiae scripturarum ipse & eius sequaces ab unitate & obedientia ecclesiae alienati per schisma in haeresin sunt prolapsi. Haec Guido.

Trithemius in chronico Hirsaugienti anno Domini 1170. His, ait, temporibus perniciofa haeresis *VValdensium* cepit per quemdam *Lugdunensem* ciuem diuitem, qui relictis omnibus paupertatem euangelicam profitebatur. *Aemilius* de gestis Francorum libro 6. Per idem tempus ordines duo abrogati, *Humiliium*, ita se vocitabant, & *Pauperum* de *Lugduno*, qui neque fundos sui iuris, neque certas sedes habere volebant: errabant, mulieres idem professas secum circumducebant, nec cubare dicebantur. *Predicatorum*, *Minorumque* ordines, conditoribus *Dominico* & *Francisco*, saniores visi; hoc remedio illi priores sublati. Haec de origine, statu, & qualitate *VValdensium* *Aemilius*.

Albigenses  
damnati.

[*Albigenses*.] Hanc Synodum contra *Albigensium* haeresin in *Albigio* exortam celebratam fuisse, testantur *Matthaeus Paris* verbis supra recensitis, & *Sanderus* lib. 7. de visibili monarchia, qui contra primum *Catharorum* errorem *Concilii Lateranensis* capitulum 27. allegans ait, pro *Albegesio*, ut habent verba capituli, legendum esse *Albegesio*: Verum ex locis, inquit, quibus *Cathari* vixerunt, eorumque erroribus quos docuerunt, apparet, eos non propriam haeresin condidisse; sed *Henricianorum* portionem fuisse, ac forte eosdem cum *Albigensibus*. Ita *Sanderus*.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

De Albigensium hæresibus Sanderus iterum in visibili monarchia :  
 Ponebant, inquit, duo principia, malum & bonum, id est, Deum & dia-  
 bolum, quem credebant creasse corpora omnia. Corporum resurrectionem  
 negabant. Quidquid beneficis a mortuis impenditur, irrident. Ire ad ec-  
 clesias, vel in iis orare, nihil dicunt prodesse. Baptismum abiiciunt. Sacra-  
 mentum corporis & sanguinis Christi blasphemant. Negant novas ani-  
 mas a Deo infundi; sed animarum transmigrationem de corpore ad cor-  
 pus, etiam animalium & serpentum, docent. Hæc ex Bernardo Lutzen-  
 burgensi. Et paulo post subiungit : Dicunt Christum nec fuisse verum  
 Deum, nec verum hominem. Quod ante aduentum Christi non fuerint ali-  
 qui boni. Quod malus homo non potest esse episcopus, utpote cuius vita sub-  
 ditis ob sit. Quod ecclesia non possit aliquid possidere, nisi in communi. Quod  
 ecclesia non potest facere constitutiones. Quod ecclesia non potest excommu-  
 nicare, nec malos persequi. Quod peccatum originale nihil est. Quod extre-  
 me unctionis sacramentum nihil est. Quod peccatum non est ex libero ar-  
 bitrio. Quod non potest quis penitere post peccatum. Quod non est confiten-  
 dum. Quod infernus nihil est. Purgatorium nihil esse. Quod mundus sem-  
 per fuit & semper erit. Quod matrimonium malum est. Quod usura non  
 sint prohibita. Quod non tenetur quis restituere ablata. Hæc de Albigen-  
 sium hæresibus ex Antonini summa Sanderus prædicto loco. Plura  
 de iisdem in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. reperies.  
 De Albigensium hæresibus, eorumque damnatione actum est supra  
 in Concilio Gallicano sub Alexandro III.

<sup>b</sup> Schismaticos ab antipapæ. ] Hac de causa actum fuisse in Concilio,  
 præter testimonium Ottonis Frisingensis supra recensitum, aperte in-  
 dicatur verbis capituli 2. huius Concilii. Eadem clarius aliquanto  
 a Crantio recitantur : Ibi celsit, inquit, a schismate Ioannes Calistus,  
 & factus est episcopus Beneuentanus. Archiepiscopi pallia accepta a schi-  
 smaticis abiecerunt. Christianus Moguntinus, & Philippus Coloniensis  
 per manum Hyacinthi cardinalis receperunt noua pallia, refutantes om-  
 nem heresin & schisma, præcipue Octauiani, Guidonis, & Ioannis,  
 sic in hæc singulis verba iurantibus : Ego N. anathematizo & recuso  
 omnem heresin extollentem se aduersus sanctam Romanam ecclesiam  
 catholicam, præcipue vero schisma Octauiani, Guidonis, & Joannis,  
 & ordinationes eorum irritas iudico, & eis contradico : & modo &  
 inantea me obediturum iuro, & promitto fidelitatem sanctæ Romanæ  
 ecclesie, & domino meo Alexandro, & successoribus eius iuste intran-  
 tibus : ipsique inseruiam absque omni malo ingenio, contra omnem ho-  
 minem, secundum ordinem meum. Consilia eius, que mihi scripto  
 certo mandauerit, vel ipse commiserit, nulli hominum prodam, nec  
 etiam pro periculo corporis aut membrorum. Legatum ecclesie Roma-  
 næ honorabo, & ducam & reducam, & iuuabo expensis. sic me Deus  
 adiuuet, & hæc sancta euangelia. His verbis dabantur pallia : In nomi-  
 ne Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & in honorem Dei genitricis, & in  
 honorem apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ ecclesie Romanæ, & do-  
 mini Alexandri pape, tradimus tibi pallium, sumptum de beatissimo cor-  
 pore Petri apostoli, ut eo utaris in consecutione sacramentorum corporis  
 Concil. Tom. 27.

Schismati-  
ci & anti-  
pape dam-  
nati.

*& sanguinis Domini, & in consecratione ecclesiarum & chrismatis, & ordinatione clericorum, & in celebratione Synodorum, secundum ecclesie tue consuetudinem. Amen.* In Metropoli, libro 7. cap. 3. Platina vero inquit hoc Concilium esse susceptum, tum vt mores curiæ, iam nimia licentia labefactati, corrigerentur: tum vero maxime, vt decerneretur, ne quis ferrum, ligna, aut arma infidelibus, & a religione nostra alienis importaret, idque sub anathematis pœna.

Tempus  
Concilii.

<sup>1</sup> Anno Domini 1179.] Ita Matthæus Paris, Rogerus de Houeden, & Guillelmus Tyrius, qui huic Synodo interfuit. Qui locis supra recensitis aperte scribunt, hanc Synodum anno Domini 1179. celebratam fuisse.

## APPENDIX AD CONCILIVM LATERANENSE PRÆCEDENS.

*Lectori beneuolo Bartholomæus Laurens, cognomento vulgari  
Poin, salutem.*

Cur hanc præfationem cum sequente indice postposuerim actis synodalibus, feci tum ob causam supra in notis, verbo, Concilium, assignatam; tum etiam, vt titulus Concilii instat aliorum in frontispicio collocaretur.

**S**YNODVS Lateranensis sub Alexandro III. habita, cum indice sibi præfixo, itemque cum iis quæ sibi adiecta habet, ad quæ præfixus hic index speciatim respicit, sicut paulo post videbis, excerpta est e volumine pergamenico, non illo cuius supra sub Adriano I. & Nicolao II. mentionem fecimus, sed alio ac diuerso, nihil præter illa quæ hic sequuntur, aliud comprehendente: ideoque totum hoc integre, non diuisim, exhibere placuit: quamquam pars ea quæ prima hic asseritur, & in archetypo ita vocatur, seorsim ac specialiter ipsum tantummodo Lateranense Concilium videri potest, cum & archetypi titulus ea tantum in parte hoc præferat, nec omnia quæ deinceps ex ordine sequuntur, Alexandri tertii sint, sed aliquorum etiam qui post eum apostolicæ sedi præfuerunt. Verum quia totus ille archetypus, de quo loquimur, codex eorundem prope characterum erat: & maxime, quia pars prima, secunda, tertia, & ceteræ deinceps sibi cohærebant: & super omnia, quod dominus Petrus Crab ordinis sancti Francisci de Obseruantia, vnicus ac sedulus archetyporum, quibus in editione Conciliorum anno Domini 1551. vsi fuimus, procurator, istud nobis exemplar vnice commendauit, omittere quidquam ex illo, præsertim quod de textu, vt vocant, esset, neque voluimus, neque ausi sumus. Nam annotationum quæ in archetypo ob marginis capacitatem plurimæ sunt, non potuit in editione hac ob marginis exiguitatem passim haberi ratio. Ceterum quanto labore constiterit archetypi huius, quod propter breuiationes infuitas ac nimias non tam lectore, quam coniectore indiguit, transcriptio: quoniam neminem, nisi quem hoc ipsum archetypum videre contigerit, crediturum putamus, nullum hic verbum facimus, Deo tantum hoc nostræ, quidquid est, opellæ, commendatum volentes.

ANNO CHRISTI 1179.  
**INDEX EORVM QVÆ IN LATERANENSIS  
 Synodi præcedentis appendice compre-  
 henduntur.**

DE SIMONIA.

- I. *Ne pralati vices suas ad terminandas causas sub annuo precio committant.*
- II. *Ne sacerdos sub annuo precio ecclesiarum regimen suscipiat.*
- III. *Quod pro excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis, & quod pro examinatione aquæ vel ignis, a clericis vel laicis pœna pecuniaria non debet exigi: & quod pro exactione pecuniæ, non debent persona suspendi, nec ecclesia interdici: & quod a vicariis non debet pecunia exigi, ut eis diuina permittatur celebrare.*
- IV. *Quod episcopus ab ecclesia, quam consecrat, potest exigere procuracionem moderatã, & nihil aliud.*
- V. *Quod in collectione denariorum beati Petri, ecclesia vel persona grauari non debent.*
- VI. *Quod ecclesia vel persona in visitatione grauari non debent.*
- VII. *Ne pralati in presbyteros talias & indebitas exactiones exercere, vel eos irrationabiliter grauare, vel inhoneste tractare, aut sine capituli sui iudicio suspendere, aut eorum ecclesias interdicto subiicere præsumant: & quod vnus duas maiores ecclesias non debet habere, quarum vna possit ei sufficere: & quod non debet aliquis sine ordine iudiciario excommunicari.*
- VIII. *Episcopus ecclesias, quas de manibus laicorum eripuit, nouis non debet exactionibus pragruare.*
- IX. *Quod a pralatis non debent sub-*
- diti viliter & inhoneste tractari, vel indebitis exactionibus vel procuracionibus grauari: nec eorum ecclesia, sine manifesta ratione, & causa rationabili, interdicto supponi.*
- X. *Quod ab iis qui ad religionem transire voluerint, non debet aliqua pecunia exigi: nec prioratus vel capellania annua distractione vendi: nec ab eo, cui regimen ecclesiarũ committitur, pro ipsarum commissione precium peti: nec pro sepultura, vel chrisimatis & olei perceptione, vlla alicuius precii exactio debet exerceri.*
- XI. *Ne quis clericos vel laicos pro suis excessibus pœna pecuniaria multare, siue pro examinatione ignis vel aquæ, pecuniam extorquere: aut pro indebita exactione pecuniæ, personas suspendere, aut ecclesias interdici præsumat: neque ad ecclesias visitandas, nisi semel in anno, aliquis accedat: nisi forte talis emergerit causa, ob quam oporteat eas sepius visitare: & etiam cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quod qui in eis morantur, non debeant exinde merito querulari.*
- XII. *Quod ecclesia vel cauea subter ipsam facta, nec emi potest, nec redimi.*
- XIII. *Quod si qui, ut electioni alicuius consentirent, premium vel aliquod beneficium receperint, & hoc manifestum sit, aut exterius confessi inuite vel legitime conui-*

- cti fuerint, ab altaris ministerio perpetuo sunt deponēdi. Si autem manifestum non sit, nec confessi, nec conuicti fuerint, & tamen postea laborent infamia, eis canonica debet purgatio indici: in qua si defecerint, tamquam tanti sceleris auctores, sunt puniendi.
- XIV. Non esse alicui dandam ecclesiam intuitu opera.
- XV. Quod si qui ecclesias simoniacae fuerint adepti, & hoc sit notorium, eis debent priuari. Si vero notorium non sit nec publicum, & tamen postea laborent infamia, cum violenta manu vel vi, canonica sui ordinis debet eis purgatio indici: in qua si defecerint,
- beneficiis perpetuo debent carere acquisitis. Talesque persone in purgatione debent recipi, de quibus verisimile sit quod non debeant alicuius rei obtentu peierare.
- XVI. Quod pro regimine scholarum nihil debet praestari.
- XVII. Quod pro licentia docendi nihil debet exigi aut promitti: promissum vero, remitti: solutum, debet reddi. Si autem huius prohibitionis occasione distulerit quis magistros congruis in locis congruis ordinare, prelati ex officio suo ibidem poterit viros idoneos instructioni praeficere animarum.
- XVIII. Item de eodem.

### DE DOLO ET CONTVMACIA & calumnia alterius partium punienda.

- I. Quod in ecclesiasticis personis & negotiis rigor nimius non debet exerceri, si propter hoc iustitia non periclitatur.
- II. Quod victus victori in causis propriis, ubi forte, sicut cautum est, pro absente sententia feratur, debet condemnari.
- III. Quod si quis causa rei seruanda in possessionem missus fuerit, & alius intra annum possessio-
- nem secundum formam iuris non intrauerit, licet postea veritate tacita, literas a sede apostolica de recuperanda possessione impetrauerit, de proprietate tantum est audiendus.
- IV. Item de eodem.
- V. Quod ob peremptorium in die prima citationis factum, ubi magna urgeat necessitas, potest appellari.

### DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

- I. Quod decima pro temporalibus non sunt commutanda.
- II. Quod de prouentibus molendinorum & piscinarum, & de feno & lana decima debent persolui.
- III. Quod decima de feno equitio, pomis, pyris, & apibus, & om-
- ni fructu cum integritate debent persolui.
- IV. Quod seruientibus & mercenariis de frugibus non decimatis debita non debent impendi, & quod de nutrimentis animalium decima debent praestari.

ANNO  
CHRISTE  
1179.DE CONIVGATIS ET SPONSIS  
monasterium ingressis, vel ingredi volentibus.

- I. Quod post legitimum consensum de presenti, licitum est alteri, altero etiam repudiante, monasterium ingredi, & altero in saeculo remanente, si vna caro non sunt effecti.
- II. Qui inuita uxore monasterium ingressus est, ea petente ad eam debet redire: sed & ea mortua, in saeculo poterit remanere, sed aliam non potest accipere.
- III. Non debet vir sine uxore, vel uxor sine coniuge ad religionem conuolare, nisi qui remanet tam senex sit, quod sine suspitione possit in saeculo commorari.
- IV. Si quis absque licentia uxoris monasterium sit ingressus, ea non uouente continentiam, ab episcopo poterit reuocari.
- V. Si quis habitum religionis susceperit, nondum uero professus est, & postmodum uxorem duxerit, non est cogendus ab ea recedere, & ad religionem transire.
- VI. Quod non recipitur illius viri apud Deum conuersio, cuius sequitur coniugalis federis profutuo: nec ullus ad sacros ordines est promouendus, nisi ab uxore continentiam profutente fuerit absolutus.
- VII. Quod uxoratus, nisi uxor eius profiteatur continentiam, & sibi uelamen imposuerit, non debet ordinari.
- VIII. Quod si uir & uxor per carnis commixtionem vna caro non sint effecti, potest alter sine altero conuerti, & alter in saeculo remanere.
- IX. Quod uiro religionis habitum assumente, si uxor suspitione careat, quod uolet ad secunda vota migrare, continentiam professa, poterit cum filiis & familia remanere. Si autem talis non fuerit, a saecularium hominum conuersatione debet se remouere: nec aliquis uxorem tonsurare, & cum ea presumat habitare.
- X. Quod post uotum simplex, metu interposito factum, permittitur contrahere matrimonium.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIO  
contracto siue contrahendo.

- I. Quod si quis uxore inscia, aliam sibi matrimonio copulauerit, non potest postea ab ea recedere inuita, ne de dolo suo uideatur lucrum reportare.
- II. Qui fidem dedit de aliqua ducenda, si eam cognouit, & aliam postea acceperit, non est ab ea separandus, sed de fidei lesione penitentia iniungenda.
- III. Si qui infra annos matrimonio aptos fuerint desponsati, a parentibus nuptiali non possunt recedere, & ad aliud matrimonium conuolare.
- IV. Nullus consanguineorum alterius sponsam etati nubili aptam, aliquando potest sibi matrimonio copulare.
- V. Qui sub conditione aliquam desponsauerit, non potest eam postea relinquere, quamuis conditio non extiterit.
- VI. Quod pubes dicendus est, qui

- talis est, ut iam possit procreare.
- VII. Quod si quis aliquam infra septimum annum desponsauerit, potest matrimonium cum matre eius postea contrahere, cum desponsationes & matrimonia ante septimum annum fieri non possint, nisi postea consensus interuenerit: & filii ab ea suscepti, a paterna vel materna hereditate non debent prohiberi.
- VIII. Quod si qui mutuo consensu se adinuicem receperint, dicentes, Ego te in meam, & ego te in meum recipio: licet alter eorum alii postea se copulauerit, debet ab eo vel ab ea separari, licet carnalis commixtio inter eos fuerit subsequuta.
- IX. Quod qui habitum religionis suscepit, si professionem non fecit, & aliquam sibi postea matrimonio copulauerit: non est cogendus ab ea recedere, & ad ecclesiam redire.
- X. Si vir dixerit mulierem ab eo cognitam, & ipsa negauerit, standum est viri veritati, si id affirmauerit iuramento: & si ipsa nubili atate proxima, alicui fuerit desponsata, non licet alicui de consanguinitate viri eam ducere in uxorem: nec fas est sponso, aliquam de consanguinitate puella matrimonio sibi copulare.
- XI. Matrimonia canonice contracta, non esse leuitate aliqua dissolueda.
- XII. Quod qui iurauit se aliquam ducturum, si postea ad alias partes se transfulerit ea incognita, liberum erit mulieri ad alia vota transire. Et quod sponsalia, sed non matrimonia, in conditionis euentum recte contrahantur.
- XIII. Quod si aliquis vi compulsus, aliquam sibi matrimonio copulauerit, & eam non cognouerit, & aliam postea susceperit, non est cogendus ad primam redire.
- XIV. Quod adulterium adulterio compensatur.
- XV. Quod si aliquis aliquam sibi copulauerit, & postea comperit ei coniunctam prima vel secunda linea, utraque debet perpetuo carere. Si autem in tertio vel supra se gradu contigerint, a secunda debet separari, & prima adhaerere.
- XVI. Quod si quis uxore uiuente aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit: ab eius consortio perpetuo debet prohiberi.
- XVII. Quod si pari consensu contractum sit matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit, & eam cognouerit: secunda relicta, prima debet adhaerere. Quamquam mulieri desponsata & incognita liceat ad religionem transire, aliam tamen non potest in uxorem sibi copulare.
- XVIII. Quod si quis aliquam nubili atati aptam, in suam receperit, licet postea ab alio desponsetur & cognoscatur, debet primo restitui.
- XIX. Quod qui prohibentur coniungi, si postea sese coniunxerint, possunt excommunicari, quousque de matrimonio cognoscatur.
- XX. Quod partibus absentibus veritas non potest plenarie inquiri: & quod ad eum, a quo appellatum est, causa non debet remitti.
- XXI. Quod si quis pendente lite matrimoniali aliam acceperit, & postea inter ipsum & primam diuortium fuerit celebratum, potest cum secunda remanere. Et quod non est dicendus consensus de presenti, licet verbis presentibus exprimat, qui ex arbitrio dependet alieno.



ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

- XXII. *Quod si quis aliquam desponsauerit, & eam non cognouerit, si postea aliquis eam acceperit & cognouerit, cum eo debet remanere.*
- XXIII. *De eo quod\**
- XXIV. *Quod ob coeundi impossibilitatem non debet fieri diuortium.*
- XXV. *Quod non licet uxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc, ipsa uiuente, tenetur continere.*
- XXVI. *Quod licet diuina officia prohibeantur, baptisma tamen paruulorum, & penitentia morientium non debet prohiberi.*
- XXVII. *Quod qui unam sororem desponsauerit, si eam non cognouerit, potest aliam sororem sibi matrimonio copulare.*
- XXVIII. *Secundum matrimonium solenne primo clandestino preiudicat: & matrimonium contra interdictum ecclesie contractum tenet etiam post ap-  
 pellationem.*
- XXIX. *Si puberes contraxerint sponsalia, postea reclamantes non sunt audiendi: sed si ambo impuberes & reclamauerint, sunt audiendi: si uero alter pubes, alter impubes, & impubes reclamauerit, est audiendus.*
- XXX. *Quod non potest uir & mulier matrimonium suum accusare, nec alii, si octodecim annis tauerint.*
- XXXI. *Actu extrinseco matrimonium presumitur adimpleri.*
- XXXII. *Eorum qui post motam questionem, vel ab accusatoribus consanguinitatem didicerunt, testimonium non ualere. Nominanda sunt etiam persone, & gradus ex utroque latere distinguendi, nec nisi per iudices discretos, & pacem habentes, debet causa pertractari.*
- XXXIII. *Qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt, commonendi sunt eam seruare.*

DE POTESTATE IUDICVM DELEGATORVM,  
 & de variis literis diuersis temporibus  
 impetratis.

- I. *Licet inhibita fuerit appellatio, a secundo tamen delegato ad primum delegantem potest appellari.*
- II. *Accusatores, & eorum fautores iustitiam impediunt, ecclesiastica debent censura coerceri.*
- III. *Quod pro uarietate literarum, in executione iudicibus est super sedendum.*
- IV. *Quod non est standum sententie, que manifestam continet iniquitatem.*
- V. *Iudex delegatus alii uices suas committere potest.*
- VI. *Cause, que intra certum terminum decidenda committuntur, nisi de communi consensu prorogentur, eo elapso expirat mandatum. Et qui ad hortationem iudicis delegati venire neglexerit, secundum iudicis arbitrium poterit puniri.*
- VII. *Cum iurisdictio delegatur, omnia uidentur delegata, que faciunt ad iurisditionem.*
- VIII. *Iudex delegatus causam appellatione remota commissam alii non potest committere re. ap.*
- IX. *Quod priores litera derogant posterioribus, nisi intentio prioris commissionis in posterioribus habeatur. Quod etiam si cau-*
- Concil. Tom. 27.  
 PPP

- sa consensu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita priori commiffione, eam alii impetrauerit committi, propter dolum & fraudem debet alter in expensis condemnari.
- X. Quod iudex delegatus suam executionem potest demandare.
- XI. Item de eodem, & si quis ei restiterit, potest eum coercere.
- XII. Quod ad iustam ordinarii commonitionem causa delegata debet differri, & papa propterea consuli.
- XIII. Quod non secundum formam in literis expressam, sed secundum rigorem iustitia est in causa procedendum.
- XIV. De eo quod supra 6. Cause: & si iudex aliter fecerit, & fines mandati excesserit, eius iurisdictio expirat.
- XV. Quod delegatus secundum priores literas potest in causa procedere, nisi expressim in posterioribus contineatur, causam ipsam ab eius examine subtractam.
- XVI. Quod qui semel officio suo fundus est, de cetero eius iurisdictio cessat.
- XVII. Quod absens causa studii vel peregrinationis, vel alia certa causa ante citationem excusatur, & de eo quod supra 6. Causa.
- XVIII. Quod hac conditio, si preces veritate nitantur, est subintelligenda, et si non apponatur.
- XIX. Quod iudex potest terminum appellationis abbreviare, & si intra terminum non fuerit appellacionem prosecutus, appellan-tem prosequi appellacionem compellere potest, vel coram se iudicio stare debet.
- XX. Quod iudex delegatus maior est eo, cuius causam suscepit terminandam: & si rebellis fuerit, poterit eum punire.
- XXI. Quod etiam si aliquis prestitio iuramento iudicio fisci fuerit absolutus, & statim in vocem appellacionis proruperit, non est aliquatenus audiendus.
- XXII. Quod morte mandatoris, lite non contestata, finitur mandatum.

## DE TESTIBVS COGENDIS VEL NON.

- I. Quod vocatus ad testimonium perhibendum, nisi venerit, est coercendus.
- II. Quod post publicationem attestacionum, testes non debent produci.
- III. Quod religiosi in propriis causis a ferendo testimonio non sunt expellendi.
- IV. Quod testis super crimine conuictus non est audiendus.
- V. Scripta authentica, si in scriptura testes decesserint, robur non habent, nisi per manum publicam sint authenticata, aut authenticatum habuerint sigillum.
- VI. Testis ob crimen contra eum civiliter probatum, a testimonio repellitur, sed non aliter punitur.
- VII. Quod ad ferendum testimonium nullus sit cogendus, nisi timore aduersa partis se subtraxerit: & quod laicus a clerico in causam tractus, in foro forensi est conueniendus.
- VIII. Laicus contra clericum testimonium non potest perhibere, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam: sed nec tunc potest eum accusare.
- IX. Quod non sunt testes ultra tertiam productionem producendi.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

- X. *Quod dicta testium benigne debent interpretari, ne de periurio notentur.*
- XI. *Quod in causa filiationis contra communem vicini opinionem, standum est verbo viri & mulieris.*
- XII. *Quod post testium renuntiationem in causa appellationis, super nouis articulis testes sunt admittendi.*
- XIII. *Quod licet iuramentis contrahentem.*
- XIV. *Quod qui personatum renuntiat, & pensionem soluit, non potest in iuri institutioni.*
- XV. *Quod privilegium, quod super re litigiosa impetratur, non valet.*
- XVI. *Quod testes sunt compellendi.*
- XVII. *Quod testes duplex debent prestare iuramentum.*
- XVIII. *De eo quod supra capite 3. Cum nuntius.*
- XIX. *Quod testes debent moneri, non cogi.*
- XX. *Quod iudices debent intrare ubi testes degunt, si decrepiti fuerint.*
- XXI. *Quod testes purgationis secundum propriam conscientiam iurare debent.*
- XXII. *Quod qui fornicarias habent, ecclesiastico debent beneficio spoliari: & quod latrones, & raptores, & de periurio conuicti, non possunt testimonium perhibere.*
- XXIII. *Quod testes ad accusationem matrimonii non sunt admittendi, qui tempore contracti matrimonii consanguinitatem scientes siluerunt.*

DE SECVNDIS NVPTIIS.

- I. *Quod non debet benedictio iterari.*
- II. *Quod sine infamia mulier infra tempus luctus nubere potest.*

DE APPELLATIONIBVS.

- I. *Quod non debet inquiri, cuiusmodi actio intendatur, sed primo rei veritas inquiratur.*
- II. *Quod appellatio de omni grauamine non est admittenda.*
- III. *Quod ubi sub pretextu appellationis noscitur crimen committendum, non est appellans defendendus.*
- IV. *Quod religiosus, ne castigetur appellans, non audietur.*
- V. *Quod frustratoria dilationis causa appellans non audietur, & quod morbo confirmati laborantes in testimonium non admittuntur.*
- VI. *De eo quod supra cap. proximo, & quod iudex poterit terminum abbreviare, infra quem nisi appellationem fuerit appellans persecutus, tenet sententia contra*  
Concil. Tom. 27.
- VII. *Quod tenet excommunicatio post appellationem ante interpositam.*
- VIII. *Quod si iter arreptum fuerit ante accusationem factam, non est in causa procedendum.*
- IX. *Quod appellationi super incidenti questione facta, si sine ea principalis questio non possit terminari, est deferendum: & quod appel. inhib. etiam de falsa suggestionem appellari non possit.*
- X. *Quod appellationi, pro qualicumque fiat causa leui, est deferendum: & de eo qui\**
- XI. *Quod si causa appellantis re-*  
PPP ij

- committitur licet aliquod speciale  
mandatum habuerit, ubi ei libe-  
re liceat appellare: non est tamen  
audiendus, quia speciale manda-  
tum derogat generali.
- XII. Quod ubi inhibita est appella-  
tio, ibi & recusatio: & quod tunc  
incipit, cum iudices susceperint  
mandatum.
- XIII. Quod qui violentas manus  
in clericum iniecerit, appellans  
non audietur.
- XIV. Quod in criminibus notoriis  
non est deferendum appellationi,  
& de eo quod supra 7. Cum sit.
- XV. Quod si quis ab aliquo appella-  
uerit pro aliqua re, & postea co-  
ram eodem super alia conuenia-  
tur, potest eum velut suspectum  
euitare.
- XVI. De eo quod supra 12. cap.  
Super eo.
- XVII. Quod si quis appellauerit,  
nisi sit appellans religiosus, est au-  
diendus.
- XVIII. Quod delegatus potest ac-  
cusari.
- XIX. Quod appellans metulitera-  
rum, quas scit impetratas, non  
est audiendus.
- XX. De eo quod supra 3. capite,  
Quod vero.
- XXI. Quod de facto excommuni-  
catus, licet non de iure, de facto  
absolui possit.
- XXII. Quod litera, pendente ap-  
pellatione, impetrari non valent.
- XXIII. Quod si cuius possessio post  
appellationem fuerit turbata,  
archiepiscopus potest emendare.
- XXIV. Quod archiepiscopus post ap-  
pellationem potest excessus corri-  
gere, de quibus non appellatur.
- XXV. Quod religiosi pro euitanda  
disciplina appellantes non sunt  
audiendi.
- XXVI. Quod super re spirituali ad  
secularem iudicem non est appel-  
landum.
- XXVII. Quod qui publica laborat  
infamia, testibus deficientibus,  
ad purgationem est cogendus: &  
quod pro inimicitia vel manife-  
sta causa suspicionis, potest ordi-  
narius euitari.
- XXVIII. Quod obtentu appella-  
tionis non potest quis excusari,  
quin ad vocationem cardinalis  
debeat venire.
- XXIX. Quod qui iurant iudicio  
fisti, & postea appellant, compul-  
lendi seruare que iurant, vel in-  
tra quadraginta dies prosequi  
appellationem.
- XXX. De eo quod supra 24. cap.  
Significauit.
- XXXI. De eo quod supra 9. cap.  
Super eo.
- XXXII. De eo quod supra 22.  
cap. Ex literis. Et quod non reu-  
citur, qui volens possessionem in-  
gredi, vi repellitur incontinenti.

### VT ACTOR RESPONDEAT EI QVEM conuenit.

- I. Quod actor ei quem conuenit, su-  
per aliis negotiis in eodem iudi-  
cio tenetur respondere.
- II. De eodem.

### DE EO QVI CONSANGVINEAM VXORIS suae, vel sponsam patris sui, vel consanguineam sponsae propriae cognouit.

- I. Quod qui matrem vel sororem vel filiam uxoris sua cognouit.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

- rit, debet sine coniugio perpetuo permanere, & ipsa.
- V. Quod uxore viuente, maritus sciens cum alia legitime contrahere non potest.
- VI. Quod qui sponsa intacta, eius consanguineam cognouit, ipsa cum petente, debet absolui.
- VII. De eo quod supra 1. capite, Si quis.
- VIII. Quod qui sponsa intacta, tamen eam cognoscere tentauerit, & consobrinam eius postmodum duxerit, ab ea est separandus.
- II. Quod si quis puellam non septennem desponsauerit, & postea eius matrem in uxorem duxerit, non sunt separandi.
- III. Quod si filius patris sponsam cognouerit, pater vero eam non, ea viuente aliam poterit habere.
- IV. Quod qui sponsa intacta matrem eius cognouit cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere potest.

DE RELIGIOSIS VIRIS DECIMAS  
ex priuilegio non præstantibus, & de priuilegio  
abutentibus.

- I. Quod non possunt religiosi sine auctoritate episcopi, portiones vel antiquos redditus minuere, vel parochias diuidere.
- II. Quod religiosi ex prædiis conductis decimas soluere debent.
- III. Quod religiosi de laboribus quos propriis manibus vel sumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, a decimarum præstatione sunt immunes.
- IV. Pacificam posse fieri compositionem super decimis.
- V. Fratibus\* Cisterciensis ordinis, Templariis, Hospitalariis, laborum suorum decimas indulgeri cunctis de noualibus.
- VI. De prædiis, traditis rusticis ad excolendum, monachos debere decimas dare.
- VII. De eo quod supra 3. capite, Fratritatem.
- VIII. De eo quod supra 3. cap. Fratritatem: & quod summus pontifex dicit præter solitum, ab eo debet exponi.
- IX. Monasteria de suis prædiis decimas non debent præstare.
- X. Monachis non alias decimas quam de noualibus indulendas.
- XI. Priuilegium sequens, priori non deroget conuentioni.
- XII. Monachi decimas dare debent de prædiis, de quibus prius dabantur.
- XIII. & XIV. Abbas non debet detinere quæ ad episcopum pertinent, nisi auctoritate Romani vel sui pontificis.
- XV. A clericis non sunt decimæ indistincte exigendæ.
- XVI. Clerici a clericis non debent decimas exigere, sed illi eis tenentur soluere, qui ab eis spiritualia percipiunt.

DE ILLIS QUI INCIDVNT IN CANONEM  
data sententiæ, vel incidere videntur: & qui sint  
ad sedem apostolicam propter absolu-  
tionem mittendi.

- I. *Qui ignoranter manus violentas iniecerit in clericum, excusatur.*
- II. *Non possunt per abbatem absolui, qui ante religionem susceptam in Canonem data sententia inciderunt.*
- III. *Qui viros religiosos laferunt, apostolico conspectui se debent presentare: & de eo quod supra capite, Pro Christo.*
- IV. *Religiosi, sicut alii, pro violenta manuum iniectione in clericos, sunt euitandi.*
- V. *Tam mandantes quam malefactores, pro violenta manuum iniectione in clericos, sicut excommunicati sunt euitandi.*
- VI. *Qui in fratres Templi violentas manus iniiciunt, sunt excommunicati.*
- VII. *Si clerici impuberes sese inuicem percusserint, vel puberes ex iocosa lenitate, & magistri discipulos causa correctionis, non incidunt in Canonem data sententia.*
- VIII. *Religiosi sese inuicem percurentes, a suo abbate vel episcopo possunt absolui.*
- IX. *Qui pretextu officii clericum laferit vel vulnerauerit, ab episcopo suo potest absolui.*
- X. *Qui clericum vim inferentem laedit repellendo, vel cum matre vel sorore inuehitur, vel etiam filia, non incidit in Canonem data sententia.*
- XI. *Qui conuersis violentas manus iniiciunt, sunt excommunicati.*
- XII. *Qui sui iuris non sunt, vel etiam mulieres, si in clericum violentas manus iniecerint, ab episcopo suo possunt absolui: & delicati qui magnum laborem sustinere nequeunt, possunt excusari quo minus ad apostolicam sedem mittantur pro violenta manuum iniectione.*
- XIII. *Qui incidunt in Canonem data sententia, si sine periculo Romanum pontificem adire nequiverint, ab episcopo suo possunt absolui.*

DE IVRE PATRONATVS ET CLERICORVM  
institutionibus.

- I. *Rectorem ecclesie sue, in illa debere residere, nisi iusta causa subsit, vno etiam presentato & non instituto, alium post presentatum & institutum preferri.*
- II. *Concessio laici super ecclesia, sine consensu episcopi, est inutilis, etiam collegio facta.*
- III. *De eo quod supra 13. capite, Relatum.*
- IV. *Si qui aduocationes ecclesiarum acquisierunt, ut ad easdem filios & nepotes presentent, eis possunt spoliari.*
- V. *Firmarii vetitam esse presentationem.*
- VI. *Si ecclesia non vacans alicui a patrono concedatur, postea ea vacante alio instituto, posterior preferri debet, & laicus etiam loco religioso ius patronatus licite potest conferre.*

ANNO CHRISTI 1179.

- VII. *Secundum patronorum traditiones, ecclesiarum ordinationes non sunt mutanda.*
- VIII. *Si a patrono clericus episcopo idoneus fuerit presentatus, & postmodum alius aequae idoneus: episcopi relinquitur arbitrio, quis alteri praeferatur. Verum si collegium vel religiosa persona presentauerit, qui prior tempore, potior est in iure.*
- IX. *Longa praescriptio robur dat concessionem a laico factam sine episcopali auctoritate.*
- X. *Emptionis titulo non debet ius patronatus acquiri.*
- XI. *Concessio ecclesiarum uiuentibus personis facta, est euacuanda.*
- XII. *Per episcopum potest in ecclesia persona institui, si cuius ordinatio propter controuersiam laicorum differatur.*
- XIII. *Si fundus ematur, ius patronatus acquiritur.*
- XIV. *Ius patronatus licite potest ordinari.*
- XV. *Filii ecclesias a parentibus fundatas non debent auctoritate propria detinere, nec aliis conferre.*
- XVI. *Ius patronatus annexum est spirituali, & ideo non potest uendi.*
- XVII. *De eodem.*
- XVIII. *Nullus ecclesiam vel quod ecclesiastici iuris est, monasteriis vel canonicis sine episcopi auctoritate potest conferre.*
- XIX. *Episcopi personas debent admittere idoneas in ecclesiis, in quibus adepti sunt praesentationes.*
- XX. *Qui ab eo presentatus creditur, & ab ordinario instituitur, licet alius postea patronatus ius euicerit, non est propter hoc ab ecclesia destituendus, & de eo quod supra 11. c. Ea qua; & de eo quod supra 6. cap. Illud in fine.*
- XXI. *In ecclesiis quarum ordinatio differtur, ab episcopo debet economicus constitui.*
- XXII. *Episcopi debent instituere, patroni consentire.*
- XXIII. *Quod episcopi consensus subsequens potest sufficere.*
- XXIV. *Personae ecclesiarum, in quibus monachi habent ius praesentandi, monachis de temporalibus, episcopi de spiritualibus debent respondere.*
- XXV. *Renuntiatio ecclesiarum in manibus episcopi fieri debet, non patroni.*
- XXVI. *Defensor appellans audietur.*

DE VSURIS.

- I. *Non admittitur dispensatio, ut accipiantur usurae.*
- II. *Contractus usuram continet, licet ex forma sic transeat.*
- III. *Fructus in sortem sunt computandi.*
- IV. *Quod usurae sub iuramento promissa, sunt soluenda.*
- V. *Usurae ante interdictum vel post percepta, sunt soluenda.*
- VI. *Nullus ad usuras soluendas est cogendus, nisi ad earum tenetur solutionem.*
- VII. *Fructus reddituum in sortem sunt computandi.*
- VIII. *Sorte recepta, pignus est restitutum.*
- IX. *Clericus usuras accipiens, nisi ubi de manu laicali beneficium ecclesia redimat, officii sui periculum debet sustinere.*
- X. *De eo quod supra 8. capite, Nihilominus.*

## DE IVRAMENTIS SERVANDIS.

- I. Non est contra iuramentum veniendum, nisi vergat ad interitum salutis.
- II. Contra iuramentum ex causa licite potest veniri.
- III. Qui iurant, compellendi sunt iuramentum servare.
- IV. Clerici pro periurio ecclesis perpetuo debent priuari.
- V. Non debent ecclesias regere, qui crimine periurii sunt irretiti.
- VI. De eo quod supra 4. c. Tua nos.
- VII. Compulsus iurare, debet absolui.

DE CLERICIS MATRIMONIO COPVLATIS,  
& aliis fornicarias habentibus.

- I. Clerici concubinas habentes, eas compelli possunt abiurare.
- II. Clerici in subdiaconatu & supra, qui infra quadraginta dies post commonitionem fornicarias non remouerint, ecclesiastico beneficio debent priuari.
- III. Simplex beneficium clerico potest concedi coniugato.
- IV. Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, matrimonium est dissimulandum.
- V. Pro bono pacis, quod est illicitum dissimulatur.
- VI. Clerici qui citra subdiaconatum matrimonium contrahunt, ab vxoribus non debent separari, nisi de communi consensu ad religionem voluerint transire. Si vero in subdiaconatu & supra ad matrimonium conuolauerint, vxoribus inuitis debent segregari.
- VII. Sacerdotes qui vxores ad commonitionem episcopi dimittere nolunt, officio & beneficio possunt priuari.
- VIII. Clerici, siue in sacris ordinibus constituti, siue infra, nolentes dimittere fornicarias, beneficio possunt priuari.
- IX. Si sacerdos fornicariam non dimiserit, debet suspendi: & quousque eam dimittat, in suspensione permanere.
- X. De eo quod supra 2. cap. Sicut; & de eo quod supra capis octauo, Si autem.
- XI. De eodem.
- XII. Episcopus potest eum absolueri, qui clericum vulnerauit.
- XIII. Minus malum, vt maius vitetur, est tolerandum.
- XIV. Permittitur subdiacono cuiusdam contrahere matrimonium.
- XV. Sacerdos non debet tabernas frequentare.

DE ORDINATIONE FILIORVM  
sacerdotum, & eisdem in ecclesiis paternis  
non tolerandis.

- I. Non debet aliquis permitti habere ecclesiam, in qua pater eius proxime ministravit.
- II. Filii sacerdotum non debent ad ordines admitti, nisi in monasterio vel canonica regulari vita fuerint probati.
- III. Non debet aliquis in ecclesia,



ANNO  
CHRISTI  
1179.

*in qua pater eius ministravit, ministrare.*

*pater eius personatum habuit, est excludendus.*

IV. *De eodem.*

VIII. *Filius in patris ecclesia potest institui, si media intercessit persona.*

V. *Si episcopus scienter in paterna ecclesia aliquem instituit vel ignoranter, dum ad eandem ipsum postea ordinaverit, potest in ea remanere.*

IX. *Filius paternam potest ecclesiam habere, si pater eius eiusdem ecclesia vicarius perpetuus non fuerit vel persona.*

VI. *Si filius sacerdotis ad sacros ordines fuerit promotus, potest ecclesiastici beneficii obtinere portionem.*

X. *Si quis cum aliquo per literas summi pontificis dispensavit, per posteriores literas non debet actum irritari.*

VII. *Quilibet ab ecclesia, in qua*

DE IVDÆIS, ET NE CHRISTIANI eorum mancipia fiant.

I. *Judæi ad baptismum non sunt compellendi: sed si voluerint, absque calumnia Christiani efficiantur. Nullus etiam eos sine iudicio vulnerare, vel eis res suas auferre, vel eorum solennitates perturbare presumat.*

*quis Iudæis seruire, nec nutrices Christianas eis licet habere, aut obstetrices.*

III. *Iudæis quocumque titulo non licet parochias occupare, nec a Christianis sunt eis homagia prestanda.*

II. *Non debet clericus ad secularem iudicem trahi, nec debet ali-*

IV. *Iudæi Christiana mancipia non debent habere.*

DE MONACHIS ET MONIALIBVS SINE probatione receptis, & in probatione positis recedere volentibus.

I. *Habitum religionis ante decimum quartum annum susceptus, quomodo licite potest relinqui.*

III. *Qui habitum non suscepit, nec professionem fecit, licet de suscipiendo coram episcopo votum fecerit, si postea uxorem duxerit, non est cogendus eam dimittere, & ad ecclesiam cui se deuouit, redire.*

II. *Qui habitum religionis ante professionem deserunt, in secularibus non debent ecclesiis admitti.*

DE SPOLIATIS RESTITVENDIS VEL NON.

I. *Qui spoliatus renuntiauit ecclesia, etsi eam pluries abiurauerit, est restituendus.*

*nire, in quo facilius partes possunt esse presentes.*

II. *Idiotæ persona non discretæ peremptorias reprobant exceptiones.*

IV. *Si spoliatus quis renuntiauerit ecclesia, licet id iuramento firmauerit, nullum exinde generatur ei præiudicium.*

III. *Iudices debent ad locum Concil. Tom. 27.*

V. *Prius est de violenta eiectione,*

- quam de canonica institutione, agendum.
- VI. In possessorio iudicio criminis obiectio non retardat principalis causa executionem.
- VII. Quae vi & metu facta sunt, in irritum debent reuocari.
- VIII. Spoliatus debet restitui, licet ei obiiciatur, quod filius fuerit sacerdotis proxime ministrantis, vel quod inde soluerit pensionem.
- IX. Qui violento succedit possessori, velut ipse potest conueniri.

BRIT  
MUSEUM  
1179

## DE IURAMENTO CALVMNIAE.

- I. Clerici non debent prestare iuramentum de calumnia, nec aliud, pralato inconsulto.
- II. In causis super rebus spiritualibus non est iuramentum de calumnia prestandum.
- III. Neque prestatur iuramentum de calumnia ab his qui causam sciant.
- IV. Religiosi debent sibi aconomum statuere, qui iuramentum de calumnia valeat subire.
- V. Iuramentum de calumnia a quocumque est prestandum.
- VI. Qui debitum vel accessiones initiatur, iuramentum de calumnia debet prestare.

## DE EXCESSIBVS EPISCOPORVM

contra suos archidiaconos, & archidiaconorum  
contra suos episcopos.

- I. Episcopus potest institutiones ab archidiacono post prohibitionem factas irritare.
- II. Non licet alicui sub obtentu alicuius consuetudinis, sanctorum patrum transgredi institutiones, nec sine licentia episcopi curam committere animarum.
- III. Non licet archidiacono ecclesias vacantes occupare & detinere.
- IV. Consuetudines ecclesiarum archidiaconis debita, ab episcopo non possunt minui, sed eis debent integra conseruari.
- V. Vno archidiaconatu debet omnis esse contentus.

QVIBVS ET QVANDO ET INFRA QVAM  
atatem ecclesiasticum beneficium conferatur.

- I. Non nisi his qui atatem habent & scientiam, ecclesia sunt conferenda.
- II. Nemini infra decimumquartum annum constituto, ecclesie personatus vel regimen est concedendus.
- III. De eodem; & quod nullus quasi iure hereditario debet in paterna ecclesia collocari.
- IV. Si minor quindecim annis ante Concilium celebratum in ecclesia fuit institutus, non est ab ea amouendus.
- V. Ad personatum parochialis ecclesie, non nisi subdiaconus debet admitti, vel supra, nisi ex dispensatione.

ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

DE DISPOSITIONE CLERICORVM,  
 & de dispensatione circa eosdem facta.

- |   |   |
|---|---|
| <p>I. <i>Faure religionis admittitur, qui alias non admitteretur.</i></p> <p>II. <i>In ordine simoniace acquisito quomodo potest quis tolerari.</i></p> <p>III. <i>Qui literas summi pontificis falsavit, in monasterium districte religionis debet detrudi, officio &amp; beneficio spoliatus.</i></p> <p>IV. <i>Confessio super crimine coram iudice seculari facta, clerico non preiudicat: nec si aliquis pro suis excessibus sit depositus, seculari iudici est tradendus.</i></p> <p>V. <i>Clericus qui duellum sponte obtulit, vel oblatum susceperit, de rigore est deponendus.</i></p> <p>VI. <i>Sacerdos qui in duello partem digiti amisit, non debet tolerari.</i></p> <p>VII. <i>Sacerdos qui puerum causa disciplina percusserit, ita quod expiraverit, est deponendus.</i></p> <p>VIII. <i>Qui decimas vel ecclesiarum dispositiones laico in seculo manenti concesserit, est deponendus.</i></p> <p>IX. <i>Qui furtive ordinem diaconi suscepit, nisi sub anathemate facta esset prohibitio, potest promoveri in sacerdotem.</i></p> <p>X. <i>Clerici excommunicati vel interditi, qui ante absolutionem divina celebrare presumpserint, perpetuo sunt deponendi.</i></p> <p>XI. <i>Qui in conspectu ubi homines interfecti sunt, lapides proiecit: si neminem percussit, potest in ordine tolerari.</i></p> <p>XII. <i>Actio ut causa clerico imputatur.</i></p> <p>XIII. <i>Sacerdos post perpetratum homicidium quomodo potest in ordine sustineri.</i></p> <p>XIV. <i>Actionem mortis clerico non imputari.</i></p> | <p>XV. <i>Presbyter propter membri deformitatem prohibetur celebrare.</i></p> <p>XVI. <i>Clerici, habitu relicto in crimine deprehensi, per ecclesiasticam iustitiam non debent liberari.</i></p> <p>XVII. <i>Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum: quod si fecerint, &amp; pro aliquibus capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri.</i></p> <p>XVIII. <i>Officium potest exequi episcopus, qui loco tantum renuntiavit.</i></p> <p>XIX. <i>Neque serui neque spurii sunt ordinandi, nec aliquis servilis conditionis.</i></p> <p>XX. <i>Qui in remotis partibus sunt ordinati, eorum literas debent habere, qui eis manus imponunt: &amp; incogniti per aliquod tempus debent esse in suspensio, ut de eorum actibus alii instruantur.</i></p> <p>XXI. <i>Officium diacono reddi potest, qui alium vulneravit.</i></p> <p>XXII. <i>Inuito pralato non debet subditus promoveri. Non in sublimitate graduum, sed amplitudine meritorum, regnum Dei acquiritur.</i></p> <p>XXIII. <i>Diebus dominicis non licet alicui, nisi summo pontifici, in subdiaconum aliquem ordinare, nec in vigilia pentecostes.</i></p> <p>XXIV. <i>Extra quatuor temporum ieiunia non sunt aliqui ad sacros ordines promovendi.</i></p> <p>XXV. <i>Licite potest quis in diebus dominicis aut aliis festiis aliquos ad minores ordines promoveri.</i></p> <p>XXVI. <i>Clerici ignota sigilla de ordinatione deferentes, non sunt admittendi.</i></p> |
|---|---|

Concil. Tom. 27.

Q99 ij

NE CLERICVS ET MONACHVS  
sæcularibus se immisceat negotiis; & de regula  
religiosorum.

- I. Monachi non debent villas ad firmam tenere vel ecclesias.
- II. Religiosi ad legendas leges & confectiones phycas ponderandas de suis claustris non debent exire.
- III. Monachi non debent causa lucri negotiari, vel a laicis firmas habere, vel laici ecclesias ad firmam tenere.
- IV. Clericis non licet causam sanguinis agitare: clerici etiam commam nutriendes, ab archidiaconis tondeantur vel inuiti.
- V. Fratres sine proprio debent vivere, priori professionem facere, crucem non debent accipere, in hospitalibus possunt oratorium construere, episcopi licentia non requisita.
- VI. Monachi de claustro exeuntes redire tenentur ad monasteria, in quibus fecerunt professionem.
- VII. Monachi non regulariter uiuentes, per alterius ordinis institutionem debent puniri.

DE PACTIONIBVS LICITIS ET ILLICITIS  
in rebus ecclesiasticis.

- I. Sub annuo censu vsque ad certum terminum potest ecclesia teneri ad firmam.
- II. Propter ingratitudinem, quod actum est reuocatur.
- III. Inter ecclesiasticas personas super decimis transactio facta, rata perpetuo debet persistere & inconnuulsa.
- IV. Nulli concedenda sunt ecclesie, ubi alii nominatim succedant.
- V. Transactio per abbatem vel priorem cum literis ratihabitio- nis conuentus facta, rata debet permanere.
- VI. Transactio super controuersia ecclesie facta, qua speciem continet simonia, in irritum debet reuocari.
- VII. Decima ablata, sine diminutione sunt restituenda.
- VIII. Non debet aliquis pensionem ecclesie soluere, ut facilius ad suos transferatur.
- IX. Clericus sine auctoritate episcopi non potest ecclesiam constituere censualem.
- X. Compositio coram extraordinario delegato facta, si non est ini contraria, ab episcopo non debet irritari: sed census ob hanc absque auctoritate episcopi solutus, vitam soluentis non excedit.
- XI. Sine diocesani, vel officialium suorum auctoritate, ecclesia non sunt occupanda.
- XII. Collusores beneficiis, de quibus collusum est, debent spoliari.
- XIII. Canonem auctoritate episcopi & iuramento interueniente constitutum, soluendum.
- XIV. Filii personatum, vel alii qui in ecclesias se vacantes intrudunt, non possunt eas sub appellationis obtentu occupare.
- XV. Super re sacra in litigium deducta transigi non potest.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

DE ALIENATIONE RERVM ECCLESIAE,  
& earumdem reparatione.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Res ecclesia pignori obligata, a filio vel herede obligantis, ecclesia debent refarciri.</p> <p>II. Persona debent ecclesias reparare.</p> <p>III. Possessio ecclesia sub conditione donata, non potest nisi in casu reuocari.</p> <p>IV. Terras de siluis extirpatas, eis a quibus sunt extirpatas, potest episcopus concedere ad annuum censum tenendas.</p> <p>V. Clerici de his, qua intuitu ecclesia acqviserunt, nullum de iure possunt facere testamentum.</p> | <p>VI. Si clericus a Kalendis Martii vsque ad Kalendas Nouembris decesserit, dispositionem fructuum illius anni pro sua voluntate poterit habere.</p> <p>VII. Non licet conditionem ecclesia facere deteriozem, nec licet colonum expensis factis in fundo ecclesia defraudari.</p> <p>VIII. Clerici de mobilibus per ecclesia adeptis non possunt condere testamentum.</p> <p>IX. De redditibus * episcopi debita pro utilitate ecclesia contracta, sunt persoluenda.</p> |
|---|--|

\* f. ecclesia  
episcopi

VNI PLVRA ECCLESIASTICA BENEFICIA  
non committenda, nec vnum inter plures diu-  
dendum, & de in beneficio sibi assi-  
gnato non residentibus.

- |  |   |
|--|---|
| <p>I. Qui in duabus ecclesiis prabendam habet, ab ea tantum poterit communia exigere, cui in propria voluerit persona deservire.</p> <p>II. Qui sufficiens ecclesiasticum habuerit beneficium, si de alio literas summi pontificis obtinuerit, prioris beneficii non facta mentione, dignum est, eum a iudicibus non exaudiri.</p> <p>III. Qui duas habet ecclesias, si altera fuerit spoliatus, non est restituendus.</p> <p>IV. Nec dignitatum permutatio,</p> | <p>nec prabendarum diuisio est facienda.</p> <p>V. Qui in diuersis ecclesiis curam habet animarum, vicarius non potest esse in aliena.</p> <p>VI. Pralati non debent clericos a scholis reuocare.</p> <p>VII. Non debet archidiaconus prabenda carere in ecclesia, in qua est archidiaconus.</p> <p>VIII. Archidiaconus vno archidiaconatu debet esse contentus.</p> <p>IX. Seruientes fratribus hospitalis, suos non debent redditus amittere.</p> |
|--|---|

DE EXCOMMVNICATIS.

- |   |   |
|---|---|
| <p>I. Excommunicati, si excommunicationis causa tacita, priuilegium meruerint absolutionis, cogendi sunt redire: sed si dubium fuerit, &amp; veritatem sint confessi, poterit eis purgatio de hoc indici.</p> | <p>II. Contra appellationem ab aduersario interpositam, potest iudex alium absolvere, prestita tamen iudicio sibi cautione.</p> <p>III. De eodem.</p> <p>IV. Sententia post appellationem la-</p> |
|---|---|

ta, neminem ligat. Sed si ante appellationem fuerit quis excommunicatus, prestita cautione iudicio sesti, potest eum archiepiscopus absolueret.

V. Hospitalarii non debent nominatim in excommunicatione defunctos in Christianorum cœmeterio sepelire.

VI. Nominatim excommunicatus

non est in hospitio recipiendus. De cœmeteriis etiam vel ecclesiis vel ecclesiasticis quibuslibet possessionibus non sunt tenentia prestanda, & multa alia qua in decretis continentur.

VII. Sententia excommunicationis vel interdicti sine satisfactione congrua non est relaxanda.

### DE CONIVGENDIS FILIIS ANTE vel post compaternitatem genitis.

I. Geniti ante vel post compaternitatem, in matrimonio possunt coniungi, excepta persona per quã

venitur ad compaternitatem.

II. Malignantibus non debet dolus vel fraus patrocinari.

### QVI FILII SINT LEGITIMI, ET DE exactione dotium post diuortium; & ad quem pertineat huius causæ cognitio.

I. Ante matrimonium geniti, per matrimonium post contractum sunt legitimi.

cumque ante desponsationem est natus.

II. Post diuortium dotem esse restituendam.

IV. Ad regem, non ad ecclesiam, pertinet, de rebus hereditariis iudicare.

III. Non est exheredandus, qui-

V. Nati ante diuortium vel concepti filii vel filia, sunt legitimi.

### DE RAPTORIBVS ECCLESIA RV M & violatoribus: quando etiam post peractam pœnitentiam neganda sepultura ecclesiastica, nisi fatident de anno restituendo.

I. Raptori rerum ecclesiasticarum, nisi ablata restituat, vel de restituendo cautionem dederit, pœnitentia est deneganda: & si talis decesserit, clerici eius sepultura non debent interesse.

bus satisfacere tenentur.

III. Pro furibus & latronibus iniuriando occisis, non est orandum.

II. Heredes de parentum excessi-

IV. Defuncto nocet, quo ad ecclesiasticam sepulturam habendam, contemptus propinquorum.

### DE POENITENTIA.

I. Delicti qualitas & quantitas, etas delinquentis & scientia, sensus & conditio, in pœnitentia

sunt respicienda. Conatus etiam non minus, quam effectus est puniendus.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

- I. *Secreto delicto secreta debetur penitentia.*  
 III. *Peregrinationis votum redimi potest.*  
 IV. *Quod nullus a non suo iudice potest ligari vel absolui: nec alicui a non suo episcopo remissio dari.*

DE SENTENTIIS ET INTERLOCVTIONIBVS.

- I. *Sententia a propriis iudicibus lata, posterioribus praiudicat.*  
 II. *Possessione alicui adiudicata, non sufficit pignus dari.*  
 III. *Lis sopita non debet resuscitari.*  
 IV. *Non licet archidiaconis in alios sententiam promulgare.*  
 V. *Si sententia feratur iniqua, debet euacuari.*

DE LEPROSIS.

- I. *Valet concessio viuente persona facta, dummodo fuerit lepra percussus. Testes etiam moneri debent, non cogi.*  
 II. *Vxores viros suos leprosos, & viri uxores sequi debent, vel illis viuentibus continentiam seruare.*  
 III. *Vxores propter lepram non sunt dimittenda, sed illis petentibus debet debitum reddi: leprosi etiam matrimonium licite possunt contrahere.*  
 IV. *Rectoribus ecclesiarum lepra percussis dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum.*

DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

- I. *Quadragesaria prescriptio, nisi in casu, locum obtinet in ecclesiis.*  
 II. *In iudicio finium regundorum vterque est actor & reus. Pro-niora etiam sunt iura ad absol-uendum, quam ad condemnan-dum, excepta causa liberali.*  
 III. *Prescriptio triennalis ecclesia sufficit.*  
 IV. *Liberum unicuique, iuri suo renuntiare.*  
 V. *Nulla antiquorum dierum pos-sessio, mala fidei possessorem li-berat, quantum ad eum, nisi resi-uerit.*  
 VI. *Quadragesima annorum prescri-pto seruatur.*  
 VII. *Contra tricennem prescri-ptionem nullius vox est audien-da.*  
 VIII. *Limites parochiarum non prescribuntur.*

DE VICARIIS MONACHORVM  
& aliorum.

- I. *Vicarii a monachis non sunt re-cipiendi sine honesta sustentatio-nis assignatione.*  
 II. *Persona succedens non potest vicarium a predecessore institu-tum remouere, vel eius minuere constitutam portionem.*  
 III. *Vicarii in vicariis suis alios constituere non possunt.*  
 IV. *Si vicarii, qui fide vel iuramen-to prius sunt obligati, contra per-sonas se erexerint personatum petentes: vicaria debent spoliari, & de cetero in eodem episcopatu non debent admitti ad officii exe-cutionem.*

- V. *Qui sufficientem habet in vicaria aliqua sustentationem, aliam petens non exaudietur.* VI. *Nullus debet plures habere vicarias.*

### DE ELECTIONIBVS ET ELECTORVM potestate.

- I. *Electus ante confirmationem electionis de rebus ecclesie disponendi nullam habet facultatem.* III. *Filius canonici, etiam maculas in oculo habens, potest in episcopum eligi & ordinari.*  
II. *Electio illius, qui nuper schismate abiurato, ad unitatem ecclesie rediit, si a schismatico vultum ordinem accepit, nisi aliud impediatur, debet confirmari.* IV. *Munere alterius interueniente committitur simonia.*  
V. *Electio in episcopum translata, rata debet esse & confirmata.*

### DE INTERPRETATIONE VERBORVM & rescriptorum.

- I. *Cum aliqua sub disunctione mandantur, alterum sufficit.* VII. *Si super aliqua causa litera prius impetrentur, & postea alia, non facta mentione priorum, iudicibus, donec Romanum pontificem consulant, est supersedendum.*  
II. *Constitutiones nouae, negotiis dant formam futuris.* VIII. *Litera per quas actor minores reditus petit, si in illis nomen suae dignitatis suppressit, nullum ius debent obtinere.*  
III. *Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis est recurrendum.* IX. *Si aliquis auctoritate priorum voluerit agentem repellere, quia in posterioribus priorum non est facta mentio, si eis dolo vti proposuit, non erit audiendus.*  
IV. *Litera impetrata contra monachos Cisterciensis ordinis, non valent, nisi in literis mentio ordinis Cisterciensis habeatur.*  
V. *Si filium literarum summi pontificis fuerit fractum, non est secundum illas in causa procedendum.*  
VI. *Ad hoc ut litera posteriores sint reuocatoriae, necesse est ut in illis*

### DE EXCEPTIONIBVS.

- I. *Licet causa sub certa forma terminanda sit commissa, nihilo minus rationabiliter exceptio est admittenda.* II. *Appellatio inter litigantes tantum est inhibita.*  
III. *Sententia contra vicarium lata, si alieno nomine possidet, non ei cuius nomine possidet, prauidicat.*  
IV. *Canonicè institutus, si eiectus fuerit, est restituendus.*



ANNO  
CHRISTI  
1179.

DE SEPULTVRIS ET MORTVORVM voluntatibus.

- |   |   |
|---|---|
| <p>I. Licet unicuique, ubi voluerit eligere sepulturam.</p> <p>II. Liberum est unicuique, ubi voluerit, sepulturam eligere, dum tamen tertia pars iudicii sui illi ecclesie conferatur, a qua caelesti pabulo est refectus.</p> | <p>III. Propter debitum, defuncti deferuntur sepultura.</p> <p>IV. Monachi non debent auctoritate propria mortuos in cimiterio suo sepelire.</p> <p>V. Heredes iussa testatoris tenentur adimplere.</p> |
|---|---|

DE PRÆMINENTIA LONDINENSIS & Eboracensis, & de priuilegiis generaliter & specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Qui prioris est ordinationis, prior est habendus.</p> <p>II. Neuter ab altero debet exigere professionem.</p> <p>III. Vniuersa causa suffraganeorum Cantuariensis quamuis non iure metropolitico, legationis tamen obtentu ad eum transferri possunt, licet ad eum non sit appellatum.</p> <p>IV. Extra prouinciam causa potest delegari.</p> <p>V. Interdicti, quamuis non nominatim excommunicati, ab Hospitalariis possunt sepeliri, &amp;c.</p> <p>VI. Si quis contra priuilegia Romana ecclesie pro aliis indulta, venire presumpserit, si qua pro se sint indulta, ea amittere meretur. Hospitalarii etiam nullo modo</p> | <p>debent pragrauari vel molestari.</p> <p>VII. Non licet episcopis Hospitalarios excommunicare vel interdicerere, vel eorum oratoria.</p> <p>VIII. Et qui in fraternitate Hospitalari est receptus, nisi interdictus fuerit vel nominatim excommunicatus, Christiana non denegatur sepultura.</p> <p>IX. Non licet Hospitalariis vel aliis priuilegium suum excedere, quia priuilegium meretur amittere, qui praecepto abuti presumit.</p> <p>X. Non valet priuilegium de re litigiosa impetratum: si autem tempore priuilegii impetrati res litigiosa non fuerit, non licet alicui contra illud venire, nisi speciali interueniente mandato.</p> |
|---|--|

DE SPONSALIBVS SECVNDO.

- |  |  |
|--|--|
| <p>I. Qui fidem de aliqua ducenda dedit, sicam postea cognouerit carnaliter, licet aliam matrimonio postmodum sibi copulauerit, prima adherere debet: quia carnalis commixtio facit matrimonium, ubi prius nullum fuit.</p> <p>II. Contrahere non potest quis cum ea matrimonium, quam viro Concil. Tom. 27.</p> | <p>vinente polluerit adulterio.</p> <p>III. De eodem, &amp; quod multum delinquit, qui fidem violat.</p> <p>IV. Simplex votum, matrimonium impedit contrahendum, sed non dirimit contractum.</p> <p>V. Vir &amp; mulier non sunt una caro, nisi per carnalem commixtionem.</p> |
|--|--|

Rrr

VI. Mulier, quæ se nupturam iuravit, ut nubat non est cogenda. Illa vero, cuius vir cum matre adulterium vel incestum commisit, non viro suo carnaliter coniungi, nec eo viuente cum alio matrimonium contrahere valebit.

VII. Matrimonia seruorum a dominis non sunt irritanda, cum nullus a sacramentis ecclesie sit amouendus.

VIII. Qui aliquam lege Canonum duxit, licet non secundum patrie sue legem vel illius, non est propterea ab ea separandus.

### DE POTESTATE IUDICVM SECUNDO.

I. Episcopus sententiam a delegato latam potest confirmare, sed eam tenetur executioni mandare, reseruata sibi sententia diffinitiuam.

cium habenti, matrimonium contrahere.

II. Non debet causa de crimine alicui committi terminanda, nisi persone appareant, qua velint personam criminosi impetere. Nec licet alicui ecclesiasticum benefi-

III. Vnus in causa potest procedere, si id contineatur in mandato, lites etiam, qua concordia vel iudicio terminantur, non debent suscitari.

IV. De saculari feudo non pertinet ad ecclesiam iudicare.

### DE IVRE PATRONATVS.

I. Quod ius patronatus non potest vendi.

uentus suum exprimat consensum.

II. Si curator ecclesias illas, quas habet in custodia, aliquibus contulerit, poterit huius donatio reuocari.

VI. Non licet canonicis regularibus vel monachis, rectoribus ecclesiarum suarum decedentibus, eas occupare vel censum augere.

III. Non licet delegato aliquem instituere, eo, ad quem institutio pertinet, in scio vel reclamante. Nullis etiam, nisi illis inter quos causa committitur, appellatio- nis beneficium est sublatum.

VII. Promissio de ecclesia non vacante facta, nihil firmitatis habebit.

IV. Causa patronatus quia ecclesiasticis causis est connexa, non nisi per ecclesiasticum iudicem valet expediri.

VIII. Si quis timore mortis habitum religionis assumpserit, licite poterit ad saeculum redire.

V. Prior concessio abbatis, conuentu sciente & non contradicente facta, secunda prauddicat, licet con-

IX. Clericus ex dono militis ecclesiam vendicare non potest, sed tantum ius patronatus.

X. Si alicui de prima vacante ecclesia promissio fuerit facta, si ea vacante alius postea ad eam fuerit presentatus, non debet propter hoc eius institutio retardari.

### DE PACTIONIBVS SECUNDO.

I. Pactio a predecessore facta successorem non ligat, nisi auctoritate summi pontificis fuerit confirmata. Illi etiam ecclesie ab his de-

cime persoluenda, qui ab ea ecclesiastica percipiunt sacramenta.

II. Transactio inter accusatum & accusatores super crimine

ANNO  
CHRISTI  
1179.

facta, nullum robur debet obtinere.

rescripto non comprehendantur, auctoritate eius conueniri possunt.

III. Libello citationis ante obitum delegantis proposito, lite post eius obitum contestata, potest in causa procedere delegatus. Qui etiam ad producendos testes inducias postulauit, videtur appellationi renuntiare.

VI. Qui in egritudine ad loca religiosa se transtulerint, si in ipsa egritudine decesserint, cogi possunt & debent, ut personis vel ecclesiis, a quibus pabulum receperunt salutis, canonicam relinquunt portionem.

Hic incipit pars 40. sed non habet titulum.

I. Appellationi de rebus modicis facta, quae scilicet infra summam viginti marcarum subsistunt, non est deferendum; sed ut intra fines iudices qui suspicione careant, eligat, appellans est cogendus: a quibus si quis parium crediderit appellandum, ad archiepiscopum vel primatem vocem appellationis emittat.

VII. Super re sacra & litigiosa transigi non potest. Alias autem litigantes amicabiliter componere possunt.

VIII. Iudex delegatus tam ordinarium quam alium ad efficiendum id quod mandat, cogere potest: & si obedire noluerit, eum poterit punire.

II. Litera a tribus mensibus ante obitum delegantis impetrata, eundem debent tempore successoris sortiri effectum, quem, si adhuc ille viueret, habere debuissent.

IX. Spontanea abiurationis exceptio sine causae cognitione non est admittenda: & probatio spontaneam negantis renuntiationem, est recipienda.

III. Si litera in narratione facti non in suspecto loco fuerint abrafa, non debent propter hoc falsa iudicari. Si vero de appellatione inhibita in prioribus, in posterioribus non sit mentio facta, posteriores in irritum sunt reuocanda.

X. Si sacerdos occulte aliquos coniunxerit, ab officio triennio suspendi debet, quoniam non sunt occulte matrimonia contrahenda.

IV. Si mulier a consanguineo viri sui fuerit polluta, & veneficum periculum & alias vitae insidias viro machinata, potest inter eos diuortii sententia promulgari, ita ut vir ea mortua licentiam habeat aliam ducendi in uxorem. Ipsa vero sine spe coniugii perpetuo remanebit.

XI. Si in executione mandati fraus interuenerit, non potest executor de toto negotio cognoscere: sed debet incidens questio ad sedem apostolicam referre.

XII. Clericus a laico presentatus, si ab episcopo non fuerit institutus, & appellauerit; licet alius postmodum intrusus fuerit, ab ecclesia debet amoueri, & alius institui.

V. Si qui pro euacuando mandato apostolico ante citationem appellauerint, aut alios in possessionem rei litigiosa induxerint, vel se malitiose subtraxerint, non est eorum appellationi deferendum: sed illi qui in possessione sunt, licet in Concil. Tom. 27.

XIII. Si causa, appellatione remota, sit commissa, & altera pars appellauerit, non est appellationi deferendum, nisi appellans ante citationem iter arripuerit ad sedem apostolicam veniendi. Item, si iudex super suggestum falsi

- probationes audire noluerit, appellans audietur. Item ab uno iudicum appellatione remota, in causa procedi non potest, nisi hoc in literis specialiter contineatur.
- XIV. Quod nullus ad ecclesiastica beneficia est admittendus, nisi sit electus, & quod filii personarum citra sacros ordines constitutarum, parentibus in ecclesiasticis succedere possunt, si tamen merita suffragantur.
- XV. Monachi Cisterciensis ordinis non debent villas, molendina, ecclesias, altaria possidere, fidelitates & hominia suscipere, rusticos & tributarios tenere, nec operam adhibere, ut termini possessionum eorum dilatentur.
- XVI. Qui prestitio iuramento iudicio sibi beneficium absolutionis obtinuit, nisi infra annum appellationem fuerit persecutus, in pristinam potest sententiam detru-di, & non obstante apostolico iudicio, ecclesia stare compelli.
- XVII. Variantis verbum, testimonium reprobatur.
- XVIII. Potest quis ius quod habuit, suo amittere facto.
- XIX. Is qui presidet, potest votum dispensare.
- XX. Ne quis dicat, Christum non esse aliquid secundum quod homo.
- XI. Iudex potest appellantis terminum prosequenda appellationis prefigere, vel eos compellere iudicio ecclesie sibi: vel si noluerint, potest eos, appellatione remota, excommunicare.
- III. Propter occultum delictum non est aliquis a promotione repellendus.
- IV. Si quis matrem uxoris sue cognouerit, si id occultum sit, non est ab uxore inscia propter hoc separandus.
- V. Licet quis sororem uxoris sue cognouerit, non debet propter hoc ab uxore separari.
- VI. Episcopus cum clerico demones inuocante misericorditer agere potest.
- VII. Clerici infra subdiaconatus ordinem constituti, matrimonia contrahentes, ecclesiastico possunt beneficio spoliari: sed si de bonis suis aliqua ecclesie contulerint, ad ipsos redire debent.
- VIII. In legatis testamento ecclesie relictis duo vel tres sufficiunt testes.
- IX. Ecclesia licite potest sub conditione donari.
- X. Si puer habitum religionis susceperit, & cum voti penituerit, infra 14. annum habitum relinquere potest, & ad seculum redire, dum tamen a parentibus non sit oblati, nec id unquam ratum habuerit.
- XI. Ecclesia non debet propter alicuius appellationem debitis obsequiis defraudari: canonici etiam seculares debitam in ecclesiis tenentur facere residentiam.
- XII. Ab itinere Hierosolymitano potest quis absolui.
- XIII. Si quis habitum religionis metu mortis susceperit, licite habitum relinquere potest, nisi id ali-

Hic incipit  
pars 50. sed  
nec ipsa ti-  
tulum ha-  
bet.

ANNO  
CANTU  
1179

quando ratum habuerit.

- ANNO CHRISTI 1179.
- XIV. Quod laicus non est in accusationem clerici admittendus. Item, si quis aliquem accusauerit, frater illius non potest postmodum accusare. Item, purgatores alicuius, honesti debent esse & bona opinionis, vitamque illius, quem purgare debent, cognoscere & conuersionem.
- XV. A voto potest quis absolui, dum tamen elemosynis redimatur.
- XVI. Monachi in accusationem abbatum suorum sunt admittendi, eisque de monasterio expensa necessaria debent administrari. Item contra confirmationem summi pontificis non est aliquatenus iudicandum, nisi nouum emerferit mandatum, aut certum sit, ipsam per falsam suggestionem impetratam.
- XVII. Clandestina matrimonia a contrahentibus publicata, ab ecclesia sunt recipienda: genitique in tali matrimonio, sunt legitimi.
- XVIII. Institutiones vel destitutiones sine fratrum consilio non sunt faciendae.
- XIX. De eodem, & quod in confirmationibus absentium nomina non sunt scribenda.
- XX. Testamenta coram presbytero, vel tribus vel duobus aliis facta, rata sunt & firma.
- XXI. Ecclesia adulterio polluta, per adspersionem aquae benedictae debet reconciliari: & propter peccatum unius, aliis purgatio est indicenda.
- XXII. Sacerdos infirmum uno tantum presente clerico, vel etiam solus, inungere potest. Item, festum beati Matthiae in anno bissextili, in primo vel secundo die potest celebrari. Item, mulier

a viro suo pro crimine aliquatenus non est separanda, nisi ubi eam ad maleficia transire contigerit; de viro similiter statuentes.

- XXIII. Si vero ad alienas partes se transtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit, poterit inter ipsum & uxorem eius diuortium celebrari, sed proles ante diuortium procreata est legitima.
- XXIV. Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit consensum: & post carnis commixtionem matrimonium est perfectum.
- XXV. Ea quae propter filium proprium, quem interemerat, a viro est abiurata, eidem viro debet restitui, & ei de commissio penitentia indici.
- XXVI. Confessio coacta non valet. Item, cum causa duobus committitur, sententia unius non valet.
- XXVII. Si quis aliquem interfecerit, ab altaris ministerio debet cessare.
- XXVIII. Propter naturalem frigiditatem, vel alia maleficia, legitime coniuncti non sunt separandi. Item, qui non est aptus debitum reddere uxori, ad matrimonium contrahendum aptus minime reputatur.
- XXIX. Ad arctiorem religionem licitum est transire. Item, licet inter aliquos publica & notoria sit parentela, non possunt tamen ab inuicem absque iudicio ecclesiae separari. Licet notorium sit & publicum, aliquem cognatam suam duxisse, si non appareant aliqui qui velint matrimonium impetere, non sunt separandi, nisi in primo vel secundo gradu consanguinitatis sint coniuncti. Decima a laicis iure heredita-

- rio non possunt possideri.
- XXX. De eucharistia in ore mulieris in carnem versa.
- XXXI. Licitum est a sponsalitiis recedere, & ad vitam contemplatiuam venire. Si quis aliquam petat in uxorem, cuius viri consanguineam se cognouisse dicat, non est inter eos matrimonium contrahendum, nisi sit iuramento firmatum.
- XXXII. Si mulier iudicio ecclesie ab aliquo sit separata, & alii sine contradictione ecclesia matrimonio copulata, non potest secundus vir ab ea recedere, licet prior vir uiuat.
- XXXIII. Clerici obtentu patronatus ab ecclesiis canonicè acquisitis non sunt amouendi.
- XXXIV. Non est ius patronatus vel ecclesiasticum beneficium, nisi requisita episcopi licentia, in foro seculari ab aliquo vendicandum.
- XXXV. Laicus ecclesiam spoliatus est excommunicandus.
- XXXVI. Ecclesia iudicat aliquem diris questionibus subiiciendum.
- XXXVII. Appellationibus, ut Iudei Christiana mancipia habeant, factis non est aliquatenus deferendum. Item, non licet Iudeis nouas constituere synagogas, aut altiores, aut ampliores facere, aut preciosiores.
- XXXVIII. Lite pendente nihil est innouandum.
- XXXIX. A clericis & presbyteris, quamuis fornicariis, quamdiu ab ecclesia tolerantur, licite diuina officia audiuntur, & alia ecclesiastica recipiuntur sacramenta.
- XL. Vbi quis percipit spiritualia, ibi dare debet temporalia.
- XLI. Decima noua alium ecclesie, in cuius parochia territorium est, persolui debent. Item, laici a clericis vel conuersis decimas de laboribus suis exigere non debent. Item, qui a colonis tertiam vel quartam partem laborum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de portione sua, scilicet quod colonus de sua, persoluere tenetur.
- XLII. Si quis per verba de presenti aliquam desponsauerit, licet ea incognita aliam acceperit & cognouerit, ab ea debet separari, & prima adherere. Si vero promissio facta est tantum de futuro, de violatione iuramenti penitentia est iniungenda. Item, lite pendente nihil est innouandum. Item, matrimonium contra interdictum ecclesie factum, est irritandum. Item, matrimonium pretextu minoris etatis non est dissoluendum, cum malitia suppleat etatem. Item, matrimonium vi contractum, nisi postmodum consensus accesserit, potest irritari.
- XLIII. In dubiis, vicinia fama est inquirenda: & quod instrumentum ab eo cognitum qui officium gerebat, ratum & firmum est habendum.
- XLIV. Iuramentum a iurantibus ad inuicem potest remitti.
- XLV. Non baptizatus, vel confirmatus, in baptismo vel chrismate alium in filium suscipere non potest.
- XLVI. Presbyter ordinatus non baptizatus, debet baptizari, & iterum ordinari; & omnes ab eo baptizati.
- XLVII. Mulier a viro separata, dotem debet habere, & post annum alium potest accipere virum.

Videatur  
ipse locus.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

- XLVIII. *Qui eodem crimine est infectus, contra alium non potest testificari, cum nulli de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum.*
- XLIX. *Iudicio ecclesie potest quis pena pecuniaria multari, & questionibus subici duris.*
- L. *Licet aliquis confiscetur, ante matrimonium se uxorem fratris sui cognouisse, nisi hoc publicum sit & notorium, non est propter hoc inter eos diuortium celebrandum. Item, Saracenus mulierem tenens Christianam, est puniendus, & ipsa similiter.*
- LI. *Iudicio aqua frigida purgatus, si fama laborat, & testes non appareant, iterum se debet purgare; quoniam in ecclesiasticis iudicia inhibita sunt peregrina. Item, purgatores debent iurare, quia purgatum credunt verum iurasse.*
- LII. *Interdicti vel excommunicati si diuina presumpserint officia celebrare, perpetuo sunt deponendi, nisi multitudo sit in causa. Multi vero sunt quadraginta.*
- LIII. *Si excommunicatus lecto aegritudinis detineatur, & propinqui eius pro eo satisfecerint, Christianam poterit & debet habere sepulturam.*
- LIV. *Vbi pretextu appellationis crimen noscitur committendum, non est appellationi deferendum. Item, si excommunicatus prestituto iuramento iudicio ecclesie sistsi, fuerit absolutus, statim appellans per eandem sententiam compelli potest vel appellationem proseguere, vel iudicio ecclesie stare.*
- LV. *Appellationi de omni grauamine interposita non est deferendum. Si vero de omni grauamine, quod in una causa potest contingere, fuerit appellatum, est superfedendum.*
- LVI. *Sacerdos sciens aliquem reum criminis, ad instantiam illius qui damnum passus est, potest eum excommunicare, non tamen potest eum a publicis officiis remouere.*
- LVII. *Seruus, nisi sit manumissus, non est ordinandus. Si vero aliqua calliditate fuerit ordinatus, est deponendus, dominoque restituentus.*
- LVIII. *Impetitus de simonia, iurare debet, quod nec ipse, nec alius pro eo, se sciente, precium dedit. Item, purgatores debent iurare, quod credunt ipsum verum iurasse.*
- LIX. *Res ecclesiastica iure hereditario non potest possideri.*
- LX. *Subdiaconus matrimonium contrahens, non potest promoueri, nec in subdiaconatu tolerari, nisi habitum susceperit religionis: in minoribus tamen ordinibus potest ministrare.*
- LXI. *Filii clericorum, siue geniti sint in sacerdotio, siue non, in ecclesiasticis rebus patribus primo loco succedere non possunt. Si vero vnus plures ecclesias, quas pater eius tenuerat, sit adeptus, vna, dum tamen sufficiat, debet esse contentus.*
- LXII. *Posteriores litera prioribus preiudicant, si non sint veritate tacita impetrata.*
- LXIII. *Qui, cum non esset sacerdos, Missam publice celebrare presumpsit, non potest postmodum ad sacerdotium promoueri, sed ei potest de misericordia beneficium ecclesiasticum assignari.*
- LXIV. *Si sponsalia inter aliquos sint contracta, & alter ante car-*

nis commixtionem lepram incurrerit, non est alter ad consummandam maritalem copulam cogendus. Si mulier consortium viri propter haresin declinauit, ea scilicet intentione, vt eum ab errore conuerteret, eo reuertente, cogenda est matrimonium redintegrare: Si vero iudicio ecclesia fuerit separata, ad recipiendum eum non est cogenda. Mulier, quemadmodum & vir, liberam sibi potest praeligere sepulturam. Vbi non inuenitur aliquid diffinitum, consuetudini est reliquendum.

LXV. Si quis diaconus ordine postposito, officium presbyteri susceperit, si id non ex malitia fecerit, competenti tempore ei potest diaconatus ordo impendi, & postmodum poterit in officio sacerdotis permanere.

LXVI. Si quis fuerit infamatus, accusatoribus deficientibus, debet se purgare.

LXVII. Metropolitanus iure metropolitanico causas audire non potest, nisi per appellationem ad eum deferatur. Si vero legatus fuerit, vniuersas causas legationis obtentum, licet ad eum per appellationem deferantur, poterit audire.

LXVIII. Qui de rebus ecclesiasticis nolunt testimonium perhibere, si alias veritas nequiverit elici, ad id sunt compellendi. Item, si clerici passi sint iniuriam, & id nequiverint testibus comprobare, licet vnius testimonio standum non sit, tamen propter reuerentiam clericalis ordinis, ipsorum iuramento fides est adhibenda. Item, qui pro absolutione ad sedem apostolicam sunt mittendi, si valetudine prepediantur, ab episcopo possunt absolui,

præstito iuramento, quod pristinae sanitati restituti, apostolico conspectui se representent. Item, femineo sexui, pueris, ac senibus libere potest dispensari. Item ecclesia si sanguinis vel seminis effusione sunt polluta, cum processione & aqua benedicta adspersione sunt reconcilianda.

I. Maioris & sanioris partis debet sententia preualere.

II. Ordinationes ab haresiarchis & ab ordinatis ab eis facta, & alienationes vel inuasiones rebus ecclesiasticis, omni debent firmitate carere. Item, qui iuramentum sponte præstitit de tenendo schismate, debet suspendi.

III. Nullus debet in episcopum eligi nisi sit triginta annorum, & de legitimo matrimonio natus. Item, nulli regimen ecclesiarum vel cura animarum est committenda, nisi vigesimum quintum annum attigerit. Item, archidiaconus debet esse diaconus: decanus, presbyter.

IV. Prælati in procuracionibus suis non debent subditis esse onerosi, & archiepiscopus quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum in visitatione parochie non debet excedere: cardinales, viginti vel viginti quinque; episcopi, viginti vel triginta; archidiaconi, quinque vel septem: decani duobus equis debent esse contenti, nec cum canibus venatoris vel aubus proficisci. Item, episcopi non debent subditos tallis & exactionibus gravare, licet pro magna necessitate moderatum cum caritate auxilium valeant postulare. Archidiaconi vel decani nullas tallias vel exactiones in subditos possunt exercere, &c.



ANNO CHRISTI 1179.

V. Si episcopus aliquem sine certo titulo ordinauerit, si proprium non habuit, unde sustentari valeat, ei debet necessaria subministrare.

VI. Ne praelati sine canonica admonitione suspensionis vel excommunicationis sententiã proferant in subiectos: nec subiecti ante ingressum causa in vocem prorumpant appellationis: & ne religiosi, pro euitanda disciplina appellantes, audiantur. Item si appellans prosequi appellationem neglexerit, eo qui appellatus fuerat, veniente, debet ei recompensatio fieri expensarum.

VII. Ne pro personis ecclesiasticis ad sedem deducendis, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, vel aliis ecclesiasticis sacramentis aliquid exigatur; & ne noui census a praelatis ecclesiis imponantur, nec veteres augeantur, nec partem reddituum audeant sibi appropriare.

VIII. Ne ecclesie vel ecclesiastica beneficia alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent: & ut vacantes, infra sex menses personis dignis conferantur.

IX. Ne ecclesia vel decima de manu laici recipiantur, vel in eis absque licentia episcopi aliqui instituuntur: & ne ab eis instituti, ab aliquo sine eo amoueantur: & ne Hospitalarii vel Templarii in ecclesia interdicta, nisi semel in anno, diuina presumant officia celebrare, nec tunc mortuos sepeliant: & ne aliqui ab episcoporum potestate eximantur, obtentu alicuius religionis, nisi se omnino religioni vel fraternitati contulerint, propria relinquentes.

X. Ne religiosi precio recipiantur, nec peculium habere permittantur: vel in ecclesiis parochialibus ponantur; & de pena contra hoc venientium; & ne aliqua obedientia pro precio alicui tradatur.

DE SIMONIA.

Pars II.

CAPVT I.

\*For. mo. nach 1179. Ne merces pro ecclesie consecratione recipiatur, vel pro \* moniacatione, vel pro sacramentis ecclesie, vel pro licentia docendi; Neve praelati vices suas ad causas terminandas, vel regimen ecclesiarum sub annuo precio committant; Neve subditos talliis vexent, vel pena pecuniaria mulctent.

QVONIAM in quibusdam partibus decani quidam vel archiepiscoporum, & terminandas causas ecclesiasticas, sub annuo precio statuuntur, quod ad sacerdotum grauamen, & ad subuersionem iudiciorum non est dubium redundare, id vltius fieri prohibemus. Quod si quis de cetero fecerit, nostra auctoritate remoueat a clero. Episcopus autem qui in sua diocesi hoc sustinuerit, & eccle-

27. q. 2. Præcipimus.

fiastica iudicia patiatur dissimulatione sua peruerti, canonica districtione percussatur.

CAP. II. *Idem in Turonensi Concilio residens ait.*

Quoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum patrum institutionem inualuit, vt sub annuo precio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuatur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

CAP. III. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

1. Tim. 4.

Dist. 94.  
Dictum.

Licet (iuxta Apostolum) arguere, obsecrare, & increpare debeamus, sic tamen debemus excessus corrigere singulorum, vt probemur non quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi sunt, quærere. Accepimus autem, quod archidiaconi Couentrensis episcopatus, pro excessibus & criminibus puniendis, a clericis & laicis pœnam pecuniariam exigant; & pro examinatione ignis & aquæ, triginta denarios a viro & muliere quærere præsumunt, & pro annua exactione personæ quandoque personas suspendunt, ecclesias interdiciunt, a vicariis quoque duodecim denarios, vt in ecclesiis eorum cantare permittant, exigere non formidant: & alia agunt, quæ Canonum obuiant institutis, & de radice cupiditatis, & avaritiæ prodire videntur. Quia igitur sollicitudini nostræ incumbit, pastoralis diligentia providere, ne ab ecclesiasticis personis tuæ prouinciæ aliquid exigatur, quod reprehensionis subiaceat, vel ecclesiasticam denigret dignitatem: fraternitati tuæ, &c. quatenus archidiaconis prædicti episcopatus ex parte nostra & tua districtè inhibeas, ne pro excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis, a clericis vel laicis pœnam pecuniariam, nec pro examinatione ignis & aquæ denarios amplius exigere audeant, vel alia, quæ dicta sunt, quomodo libet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam ausu temerario venire præsumperint, eos omni excusatione & appellatione remota, ecclesiastica districtione percussas, & sententiam ipsam vsque ad dignam satisfactionem facias inuiolabiliter obseruari.

CAP. IV. *Idem Vigilensi episcopo.*

Cum sit Romana ecclesia, cui licet immeriti præside-  
 mus, mater ecclesiarum omnium & magistra, cogimur ex  
 debito suscepti honoris & regiminis, prout Dominus no-  
 bis dedit, respondere consultationibus singulorum, vt  
 dubiæ quæstiones, apostolicæ sedis prouidentia enoden-  
 tur. Quæsiuisti autem frater episcopo, tuæ fraternitati re-  
 scribi, vtrum pro ecclesiarum consecratione quidquam  
 præter procuracionem moderatam habere debeas, cum  
 Apostolus dicat, *Nemo cogitur suis stipendiis militare*,\* ab ea-  
 dem ecclesia exigere potes.

Episcopum  
ab ecclesia  
quam con-  
secrat, pro-  
curandum.

1. Cor. 9.

\* desit  
aliquid.

CAP. V. *Idem in Concilio Turonensi de eadem re.*

Cum autem collectas denariorum beati Petri per ar-  
 chidiaconatus vestros feceritis, in collectione facienda ec-  
 clesias vel parochias grauare nullatenus præsumatis aliter  
 siue magis, quam prædecessores vestri tempore sanctæ re-  
 cordationis Eugenii & Innocentii Romanorum pontifi-  
 cum fecisse noscuntur. Quod si temeritate aliqua contem-  
 peritis, id quod videmini habere, auferetur a vobis.

CAP. VI. *Idem eidem episcopo.*

Nihilo minus & præsentium auctoritate iniungimus,  
 vt cum ecclesias ipsas visitaueritis, secundum quod Cano-  
 nes præcipiunt, visitatoris officium exerceatis, nec eccle-  
 sias visitatione vestra grauatis, vt magis intuitu informa-  
 tionis & correctionis, quam affectu comestationis videamini  
 visitare.

CAP. VII. *Idem.*

Peruenit ad audientiam nostram, & plurimum mira-  
 mur, & aduersum vos de iure mouemur, quod in presby-  
 teros qui sunt in iurisdictione vestra constituti, singulis an-  
 nis quasi in seruos & mercenarios talliam faciatis: quibus,  
 nisi ad voluntatem vestram pecuniam soluant, diurnum of-  
 ficium interdicitis, & eos viliter & inhoneste tractatis, in  
 tantum quod ipsos laicis despicabiles reddidistis. Ideo ve-  
 ro hæc, si vera sunt, graui debent ultione puniri, cum eos-  
 dem presbyteros quasi filios & fratres benigne ac sum-  
 ma caritate fouere debeatis. Vnde vobis per A. S. &c. vt

Dist. 94.  
Dictum.

*Concil. Tom. 27.*

Sff ij

in prædictos presbyteros huiusmodi tallias & indebitas exactiones exercere non præsumatis, nec eos de cetero irrationabiliter grauatis, vel inhoneste tractetis, aut sine iudicio capituli sui suspendere præsumatis, vel eorum ecclesias interdicto subiiciatis: nec eos duas matrices ecclesias, quarum vnã sufficere sibi videbitis, tenere permittatis, nec eos sine ordine iudiciario excommunicare præsumatis. Sciatis pro certo, quod si huiusmodi rumores de vobis ad aures nostras iterum peruenerint, nos pro tantis excessibus, Domino auctore, taliter puniemus, quod timore pœnæ ceteri a similibus abstinebunt.

CAP. VIII. *Idem Genomanensi episcopo.*

Ecclesias autem, quas de nouo episcopus de manibus laicorum eripuit, præter cathedraticum & iura omnia, quæ aliis ecclesiis imponuntur, non videmus exactionem aliam imponendam, qui nouis exactionibus decreto nostro prohibuimus amodo ecclesias prægrauari.

CAP. IX. *Idem archidiaconis & decanis.*

Ad nostram noueritis audientiam peruensse, quod personas ecclesiarum quasi seruos & mercenarios singulis annis indebitis exactionibus grauare præsumitis, extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas diuersis nominibus, scilicet aliquando auxilium episcopi, interdum eiusdem episcopi & vestras consuetudines nuncupantes: quas si vobis forte reddere contradicunt, vos eosdem vicarios ecclesiarum, & personas ab officio suspendentes, in eorundem ecclesiis diuina celebrare officia prohibetis, & inter cetera denarios chrismatis ab eis pro voluntate vestra, in salutis vestræ periculum, extorquere præsumitis: huiusmodi exactionem, vt eam liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem episcopalem, quandoque synodalia, quandoque denarios paschales appellantes. Et infra: Quia vero non decet vos, ita clericos viliter & inhoneste tractare, D. V. &c. quatenus indebitis exactionibus aut procurationibus de cetero grauare vel personas eorum aut ecclesias sine manifesta ratione & rationabili causâ interdicto supponere nullatenus præsumatis. Alioquin, si exinde ad nos iterata quæstio peruenerit, &c.

## CAP. X.

*Idem in Concilio Turonensi.*

Quia non satis vtiliter avaritia in populo redarguitur, si ab his qui in clero constituti videntur, & præcipue contempto sæculo religiosorum nomen profitentur & regulas, modis omnibus non cauetur: prohibemus, ne ab eis qui ad religionem transire voluerint, aliqua pecunia requiratur: neve prioratus vel capellania qualibet monachorum vel clericorum annua districtione vendatur: neque ab eo cui regimen ipsarum committitur, ex earum commissione precium exigant. Hoc simoniacum esse, sanctorum patrum auctoritas manifeste declarat. Vnde quisquis hoc de cetero attentare præsumpserit, tam qui dederit, quam qui receperit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quidem & chrisimatis & olei perceptione, nulla alicuius precii exactio intendatur, neque sub obtentu huius consuetudinis reatum suum aliquis tueatur, quia diurnitas temporis non minuit peccatum, sed auget.

Diurni-  
tate tempo-  
ris non mi-  
nuit pecca-  
tum.

## CAP. XI.

*Idem \* Cotronensi episcopo, & abbati Cestrensi.*

Mandamus vt ex nostra parte & vestra R. archidiacono Cestrensi prohibeatur, clericos siue laicos, qui pro suis excessibus puniendi sunt, pœna pecuniaria mulctare, siue \* in examinatione ignis vel aquæ a quolibet viro vel muliere pecuniam extorquere præsumat, aut pro annua & debita exactione pecuniæ personas suspendere vel ecclesias interdiceret: neque ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas, nisi semel in anno, accedat: nisi forte talis causa emerferit, propter quam ipsum oporteat ecclesias sæpius visitare: & tunc cum ea moderantia hominum & equitatarum, quod qui in eis morantur, exinde non debeant merito querulari. Si autem contra inhibitionem talem venire præsumpserit, ecclesiastica seueritate percellatis, omni occasione & appellatione cessante, & sententiam ipsam, vsque ad dignam satisfactionem faciatis intuiolabiliter obseruari, ita quod in vos & in illos hic non cogamur durius vindicare.

Sff ij

## CAP. XII.

*Idem venerabili fratri R. & Vuigornensi episcopo, & dilecto filio priori de Panteia.*

Querelam nobis monachorum de \* Atra transmissam accepimus, quod cum ipsi \* quondam mannium, quod dicitur Vella, cum pertinentiis suis, & ecclesiam de Gado- num a monachis de \* Gadonio sub annuo canone quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartam ab ipsis monachis habuissent: quidam prior eorum, capitulo inconsulto, praescriptum mannium & ecclesiam & chartam, de \* Gadonio accepta persona, resignavit, indeque praefati monachi de \* Atra conqueruntur se iniuste grauatos, & nobis imminet corrigendum, si quid minus quam rationabiliter attentatur; causam ipsam experientiae vestrae committimus, praesentium vobis auctoritate mandantes, quatenus partibus ante praesentiam vestram conuocatis, quae hinc inde proposita fuerint diligentius audiatis, & praedictam causam, sublato appellationis remedio, concordia vel iudicio terminetis, prouisuri, quod sicut eminon potuerunt iura, etiam nec redimi. Si vero monachi de \* Gadonio legitime citati ad praesentiam vestram accedere & iudicio stare contempserint: vos praedictos monachos de \* Atra, in possessionem eorum de quibus controversia vertitur, occasione & appellatione cessante, inducere festinetis, nec ipsos exinde permittatis absque ordine iudiciario molestari. Si vero vterque vestrum his exequendis interesse non poterit, alter nihilo minus ea exequatur.

16. Quest. 7.  
Decimas. 1.  
quest. 3.  
Questum.

CAP. XIII. *Idem Toletano archiepiscopo.*

De hoc quod rex & principes sui a Bernardo quondam \* Certomenfi episcopo pecuniam accepisse dicuntur, ut eius electioni praestarent assensum, & quod idem episcopus archidiacono \* Seuiensi beneficium certi redditus, & cuidam clerico ante electionem suam prioratum dicitur promississe, ut vterque eorum, archidiaconus videlicet & clericus, eius electioni consentirent: hoc tuae paternitati duximus respondendum, quod si operis euidentia manifesta aestimatur, ita quod notorium est, eundem archi-

ANNO  
CHRISTI  
1179

diaconum & clericum ob illam causam tam iniquam & detestabilem promissam rem accepisse: aut si exinde confessi fuerint in iure, vel legitime possunt ab aliquibus conuinci, ab altaris ministerio sunt perpetuo deponendi. Si vero id manifestum non est, nec inde conuicti vel confessi fuerint, & tamen postea laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua si defecerint, tamquam tanti sceleris auctores sunt puniendi. Regem autem & principes suos solcite monere debes, & diligenter inducere, vt si qua receperint a præfato episcopo, vt eius electioni præstarent assensum, ecclesiæ. \* Ceromenfi sine diminutione restituant, cum ea sine graui salutis suæ periculo retinere non possint.

## CAP. XIV.

*Idem Eboracensi archiepiscopo scilicet legato.*

Cum essent in præsentia nostra constituti R. clericus de Ponte fracto, & nobilis vir VV. filius Godrici, pro controuersia quæ vertebatur inter eos super quadam ecclesia, quam idem R. assererat a præfato milite sibi datam fuisse: prædictus VV. qui moram diutius facere non poterat, in recessu suo dilectum filium nostrum magistrum Milonem nuntium suum, pro se in causâ illa sufficientem responsalem constituit. Cumque causæ cognitionem dictis filiis nostris M. presbytero tituli sanctæ Lucie, & VV. tituli sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali commissemus, ipsi vtramque partem ante præsentiam suam conuocarunt, & ab ore præfati R. intellexerunt, quod præfatus miles promiserat ei dare præscriptam ecclesiam, si quoddam negotium eiusdem militis posset in curia nostra promouere. Vnde & cum id nobis per eosdem cardinales innotuisset, nos intelligentes promissionem illam simoniacam continere prauitatem, eidem R. super ecclesiam silentium imposuimus. Ideoque fraternitatem tuam, &c. quatenus memoratum militem occasione prædictæ controuersie a prænominato R. vel aliis super scripta ecclesia grauari vel inquietari nulla ratione permittas.

CAP. XV. *Idem Cestrensi episcopo.*

Infinuatum est auribus nostris, quod dum episcopatus tibi commissus vacaret, in ecclesiis eius plurimi sunt instituti, qui per simoniam dicuntur habere ingressum, & infamia respergi. Vnde quoniam indignum est, vt in tali crimine vel tam turpi suspicione remanerent, F. T. &c. quatenus si qui fuerint in prædictis ecclesiis, quos publicum sit & notorium simoniace intrasse, eos ab ecclesiis taliter acquisitis, appellatione cessante, amoueat: illis autem quorum crimen non est publicum & notorium, si publica laborant infamia, cum quinta manu vel sexta sui ordinis, infra quadraginta dies post harum susceptionem, purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis ecclesiarum sibi commissarum perpetuo priues, prouisurus attentius, vt tales personas ad eorum purgationem recipias, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius rei obtentu deierare.

Quæ personæ ad purgationem admittendæ.

CAP. XVI. *Idem.*

Dilectus filius noster magister R. præsentium lator, in nostra præsentia constitutus, constanti nobis assertionem proposuit, quod cum ipse Blesis sub magistro Hufdrico scholas regeret, & se crederet de clementia sedis apostolicæ ab huiusmodi precii exactione immunem, idem Hufdricus, nostra constitutione contempta, fideiussores, quos a præfato R. de precii solutione receperat, pro eodem precio spoliare præsumpsit. Quia igitur grauiter nimis excedit, qui apostolicis obuiat institutis, D. T. &c. quatenus vtraque parte coram te conuocata, veritatem diligenter inquiras: & si ita inueneris, memoratum Hufdricum moneas, & ecclesiastica districtione cogas, vt ea quæ de fideiussoribus ipsius R. abstulit, appellatione cessante, cum omni integritate restituat, eosque ab eadem fideiussione prorsus absoluat, ne de cetero ab ipso R. vel aliis pro præfatum: sed eum Blesis, quamdiu voluerit, scholas sine aliqua molestia vel exactione regere patiat.

CAP.



CAP. XVII. *Idem London.*

Prohibeas attentius de cetero, ne in parochia tua pro licentia docendi alios aliquid exigatur, aut etiam promittatur. Si quid vero post tuam prohibitionem solutum fuerit vel promissum, promissum remitti, solutum reddi facias, appellatione cessante, sciens quod scriptum est: *Quod gratis accepistis, gratis date.* Sane si aliquis occasione huius prohibitionis distulerit magistris congruos in locis congruis instituere, liceat tibi de concessione nostra, omni contradictione & appellatione cessante, ibidem viros prouidos & discretos aliorum instructioni praeferere.

CAP. XVIII. *Idem.*

Quando Gallicana ecclesia maiorum personarum scientia & honestate præfulget, & eo cautiùs nititur curare quæ confundere videantur ecclesiasticam honestatem: tanto vehementiori dignos animaduersione eos censemus, qui nomen magistri scholarum & dignitatē in ecclesiis vestris assumunt, & sine precio viris ecclesiasticis docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc praua & enormis consuetudo ex cupiditatis radice processerit, & decorem admodum ecclesiasticæ honestatis confundat, prouidendum nobis est & summopere satagendum, vt consuetudo ista de ecclesiis vestris extirpetur, cum nobis præcipue ac specialiter adscribatur, si quid in ecclesiis ipsis laude dignum inueniatur, vel reprehensione notandum. Sub anathematis ergo interminatione prohibere curetis, ne qui dignitate, si dignitas dici potest, fungentes, pro præstanda licentia docendi alios, sub aliquo modo aliquid exigere præsumant: sed eis districte præcipiatis, vt quicumque viri idonei & literati voluerint regere studia literarum sine molestia & exactione qualicumque, scholas regere patiantur. Si vero vestra prohibitionis vel præcepti extiterint transgressores, eos auctoritate nostra & vestra officiis & dignitatibus spoliatis. Porro si iuxta mandatum nostrum corrigere neglexeritis, negligentiam vestram grauem habebimus & molestam: & ad eam corrigendam, manum extendere compellemur: ita quod si voluerint in huiusmodi rapacitatis proposito persistere, non valebunt.

*Concil. Tom. 27.*

T t t

Pars III.

DE DOLO ET CONTVMACIA  
ET CALVMNIA ALTERIVS  
partium puniendā.

## CAP. I.

*Idem Herefordensi episcopo.*

**A**D hæc cum contingat actorem multoties mittendum esse in possessionem causa rei seruandæ propter absentiam alterius partis, & per eius dolum siue potentiam actor non possit rem custodiendam nancisci: & imminente fine anni, reus, ne possessionem amittat, debitam offerat cautionem, cuiusmodi pœna sit mulctandus, quia \*responsioni non paret iudicis, a nobis tua fraternitas postulauit. Ad quod dicimus, quod in ecclesiasticis personis & negotiis rigor & districtio iuris non requiritur nec exercetur. Sed cum propter hoc iustitia non periclitatur, admitti debet & patienter tolerari, cum reus per cautionem standi iudicio se astringit.

CAP. II. *Idem.*

Calumniam & audaciam temere litigantium condemnando in expensas, & alio multiplici remedio, imperialis sanctio compescit. Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur, præcipimus vt de cetero in causis pecuniariis victus victori in expensas condemnetur, nisi forte, sicut cautum est, pro absente sententia feratur.

## CAP. III.

Causam quæ inter dilectos filios nostros de \* Giseleburn & canonicos de \* super ecclesia de \* Leuentri & capella de \* Chorun, & iure decimarum super quadam transactione, quæ exinde post appellationem facta fuisse dicitur, diutius est agitata, ad suggestionem cuiusdam canonici de \* Chorun, experientia vestra sub certa forma commisimus terminandam. Verum quidam canonicorum de \* Giselebuc, ad nostram postmodum præsentiam accedentes, dilectorum filiorum nostrorum cardinalium tunc sedis apostolicæ literas pertulerunt, in quibus conti-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

nebatur, quod cum de mandato nostro causam suscepissent definiendam, canonicos de \* Giseleburc in possessionem prædictæ ecclesiæ induxerunt. Verum quia prædicti cardinales tantæ honestatis, circumspectionis & maturitatis habentur, quod eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum & iustum iudicium protulisse: D. V. &c. quatenus si infra annum memorati canonici de \* Thorun causa possessionis secundum formam iuris non intrauerint, canonicos de \* Giseleborn possessionem, a cardinalibus adiudicatam, quiete faciatis & pacifice possidere, non obstantibus literis, quas canonicus de \* Thorun, sententia cardinalium tacita noscitur reportasse; ita quoque, quod canonici de \* Thorun, de proprietate agere voluerint, causam ipsam vsque ad diffinitiuam sententiam, remota appellatione, audiatis & sine debito terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, depositiones iuratorum testium, & alias rationes vtriusque partis sub vestris sigillis clausas, nobis mittatis, terminum vtrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipsis attestationibus & rationibus se apostolico conspectui præsentare.

C A P. I V. *Idem priori & canonicis de \* Giseleburn.*

Constitutis in præsentia nostra dilecto filio nostro R. canonico, & responsalibus dilecti filii nostri G. præpositi ecclesiæ \* Beuellacensis super possessione ecclesiæ de \* Leuintri, in qua de mandato & auctoritate nostra per iudices delegatos, videlicet \* Exoniensem episcopum & priorem de Knieleunede, causa rei seruandæ fueratis introducti, hinc inde fuit coram te aliquantulum disputatum. \* Et tantumdem post rationes, & allegationes vtrimque productas, ex vtriusque partis tenuimus assertionem, quod licet causa rei seruandæ tantum in possessionem eiusdem ecclesiæ fuissetis inducti, infra annum tamen altera pars non præstitit cautionem super eadem ecclesia vobiscum iudicio standi, licet voluntatem habuerit ipsam cautionem præstandi, & vos fuissetis parati eam recipere. Inde est vtrique, quod nos de communi fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica decernimus, vt vos amodo possessionem præscriptæ ecclesiæ, saluo iure quod idem præpositus in petenda ecclesia habere dignoscitur, libere &

Concil. Tom. 27.

Ttt ij

absque contradictione qualibet habeatis, nec præfatus præpositus super possessione aliquatenus vos audeat de cetero fatigare.

C A P. V. *Idem abbati Riualis, & priori de Bridi.*

Dilecti filii nostri abbas & fratres de Neuhus, transmissa nobis insinuatione literarum, monstraerunt, quod cum causa quæ vertitur inter ipsos & abbatissam & moniales de Elneftou Vestex, super ecclesia sancti Petri de Altun, quam prædicti fratres diu canonice & inconcussa, sicut asserunt, possederunt, & adhuc possident, dilectis filiis decano Linc, & archidiacono de Bedeford ad suggestionem nuntii monialium prædictarum commissemus fine debito terminandam, prædicti fratres timentes a iudicibus grauari, eo quod ad primam citationem diem statuerunt peremptorium, ad audientiam nostram appellarunt, sed ipsi nihilo minus ecclesiam interdicto supposuerunt. Quia vero non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, maxime cum de rebus ecclesiasticis agitur, nisi maxima ingruente necessitate, ita maturare: neque inter eos qui contumaciter se absentant, sententiam taliter promulgare, nisi quod aduersa pars in possessionem mittatur, ut sic tadio affecti, iustitia stare cogantur: F. T. &c. quatenus partes ante præsentiam vestram conuocetis, & rei veritatem diligenter inquiratis: & si vobis constiterit, quod memorati fratres præfatam ecclesiam canonice fuerint adepti, eosdem fratres ipsam ecclesiam ab interdicto solutam, sub app. re. pacifice possidere faciatis, & aduersæ parti silentium imponatis.

Peremptorium ad primam citationem, non nisi ex magna necessitate proponendum.

Part IV.

DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

C A P. I. *Idem Cusano episcopo.*

INTELLEXIMVS ex literis tuis, quod R. de \* Lantino parochianus tuus, tamdiu, scilicet sex annis, decimas capellæ suæ tibi detinuit, asserens quod in commutatione ipsius decimæ, prædecessori tuo reditus quarundam dedit villarum, quos etiam tibi vult assignare. Ceterum quia decimæ cum temporalibus non sunt commutandæ, attendentes, tibi auctoritate præsentium inhibemus, ne præ-

ANNO CHRISTI 1179. scriptos reditus in ipsius decimæ commutationem præsumas recipere: sed prædictum R. ad restituendas decimas subtractas tibi, & ad eas soluendas in posterum ecclesiastica districtione compellas.

## CAP. II.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Peruenit ad nos, quod cum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueuerint ecclesiis, quibus debentur, persoluere: nunc tam laudabili consuetudine præmissa, quidam ex ipsis de lana & de feno & de prouentibus molendinorum & piscariarum ipsis ecclesiis subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutioni diuinæ manifestius obuiant, qui decimas ecclesiis non persoluunt, F. V. &c. quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excommunicationis districtione compellatis, vt de prouentibus molendinorum & piscariarum & de feno & de lana decimas ecclesiis, quibus debentur, omni occasione & appellatione cessante, cum integritate persoluant.

CAP. III. *Item Vintoniensi episcopo.*

Nuntios & literas tuæ fraternitatis ea qua decuit benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curauimus exaudire, sicut illius personæ quam pure in Domino & feruenti caritate diligimus, & cuius commodis & profectibus intendere volumus diligenter. Cum ergo ad officium tuum spectent ea, in quibus præcepti nostri desideras auctoritate muniri, tanto in his facilius debuisti exaudiri, quanto ipsa eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde est quod F. T. &c. quatenus tam comites quam barones, nec non & milites & omnes alios de parochia tua moneas propensius & inducas, vt appellatione cessante & \* E. D. C O N. vt decimas matricibus ecclesiis de diuitiis suis cum omni integritate persoluant. Præterea parochianos vestros de feno equitio, pomis & pyris & apibus & omni fructu decimas soluere ecclesiastica districtione, appellatione cessante, compellas.

*Concil. Tom. 27.*

T t t iij

CAP. IV. *Idem \* Ryomenfi & Vintoniensis episcopis.*

An deci-  
mandum sit  
antequam  
seruienti-  
bus debita  
impendan-  
tur de fru-  
gibus.

Cum homines de Hortun, secundum generalem ecclesie Anglicane institutionem, de frugibus suis in autumno, nouem partibus sibi retentis, decimas ecclesie & mihi, cuius parochiani sunt, sine diminutione soluere teneantur, antequam eidem ecclesie decimas ad eam spectantes persoluant, seruientibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro seruitio suo impendunt, & tunc deinde de residuo decimas persoluentes: Vnde D. V. &c. quatenus sub anathematis distinctione compellatis eos, vt decimas tam de nutrimentis animalium suorum, quam de frugibus sine fraude & diminutione aliqua in autumno, sicut mos est, statim collectis frugibus, & in aliis temporibus, prout debentur, persoluant, atque de subtractis atque retentis dignam satisfactionem exhibeant.

PARS V. DE CONIUGATIS ET SPONSIS  
MONASTERIVM INGRESSIS, VEL  
INGREDI VOLENTIBVS.

CAP. I. *Idem Salernitano archiepiscopo.*

VERVM post consensum illum legitimum de presenti, licitum est alteri, altero etiam repudiante, monasterium eligere, sicut quidam sancti de nuptiis vocati fuerunt: dummodo inter eos carnis commixtio non interuenerit, & alteri remanenti, si commonitus seruare noluerit continentiam, licitum esse videtur, vt ad secunda vota transire possit. Quia cum non fuissent vna caro effecti, potest vnus ad Dominum transire, & alter in saeculo remanere.

CAP. II. *Idem Pisano archiepiscopo.*

Dist. 32.  
Seriaticum.

Quidam intrauit monasterium inuita vxore, ipsum eadem repetente coactus est ad eam redire: ea mortua, quæris an ipse cogatur ad monasterium redire, an aliam possit accipere vxorem. Quæstioni tuæ taliter respondemus, quod votum non tenuit. Vnde ratione voti non tenetur ad monasterium redire. Vterius vero non potest accipere vxorem. Promisit enim se non exigere debitum, quod

ANNO CHRISTI 1179. in eius potestate erat: & ideo tenuit votum; non reddere autem, non erat in eius potestate, sed mulieris. Vnde Apostolus: *Vir non habet potestatem, &c.*

CAP. III. *Idem \* Exoniensi episcopo.*

Cum præditus sis scientia literarum, ignorare non potes nec debes, sanctorum patrum constitutione contraditum, vt vir, vxore sua in sæculo remanente, aut mulier, viro non assumente religionis habitum, non debeat ad religionem transire: quia cum vir & vxor vna caro sint, vt ait Apostolus, non potest alter ad Deum conuerti, & alter in sæculo remanere. Inde est quod apostolica auctoritate tibi prohibemus, ne in episcopatu tuo virum vel vxorem, nisi vterque ad religionem migrauerit, transire permittas. Sed si voluerint ad Deum conuerti, vterque ad frugem melioris vitæ transeat. Verum si vxor ita senex est & sterilis, quod sine suspitione possit esse in sæculo: dissimulare poteris, vt vir, ea in sæculo remanente & castitatem promittente, ad religionem transeat.

*Ephes. 5.  
Dist. 50. Si quis diaconus.*

CAP. IV. *Idem Herefordensi episcopo.*

Præterea, vtrum laicus vxoratus, qui præsentibus sacerdotibus & monachis, episcopo ignorante, de licentia & permissione vxoris suæ, monasterium est ingressus, & forte professionem fecit, vxore in sæculari habitu remanente, nec ad religionem transeunte, aut perpetuam continentiam vouente, ab episcopo suo possit ad torum vxoris reuocari; an illa compellenda sit ad obseruationem perpetuæ continentiam. Dicimus quod nisi, vbi subest timor incontinentiam, vxor ad religionem transierit, vel in conspectu ecclesiæ continentiam seruare promiserit, ad eam debet & potest ab episcopo reuocari. Quia cum sint vna caro effecti, non debet vna pars in sæculo remanere, & altera ad religionem transire. Verumtamen vxor commenda est & propensius exhortanda, vt ad religionem transeat, & castitatem seruare promittat.

*Sed quid, si consensu vxoris perpetuam habuisset continentiam, manes cum ea in habitu sæculari?*

CAP. V. *Idem \* Exoniensi episcopo.*

Si quisquam qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem fecit, postmodum sibi aliquam copula-

uerit, cogendus est ab ea discedere, & ad ecclesiam, cui se contulerat, debet sine contradictione transire. Quod si habitum suscepit, & non professionem fecit, sed solum votum emisit, & se ad religionem transire promisit, licet postmodum matrimonium contraxerit, non est ab ecclesia cogendus ad monasterium transire, & matrimonii vota rescindere.

CAP. VI. *Item Strigoniensi & \* Colonienfi archiepiscopo.*

Coniugatus in monasterium conuerti desiderans, suscipi prohibetur, nisi vxor illius similiter conuertatur. Nam dum vnum vtrimque corpus post coniugii copulationem fit factum: incongruum est, partem conuerti, & partem in saeculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deum conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio. Cum igitur senatus S. clericorum longe praemineat coetui monachorum, ita vt aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat: nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam proficiente fuerit absolutus, vt fiat deinceps de carnali copula spirituale coniugium.

CAP. VII. *Idem eidem.*

Sane si coniugati consenserint ordinari, etiam vxoris voluntas prius requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. Quod si in quibuscumque ecclesiasticis gradibus prouidenter scienterque curandum est, vt in domo Dei nihil sit inordinatum, nihilque praeposterum: multo magis laborandum, vt in eius promotione qui supra gradus omnes continetur, non erretur. Inde est, quod fraternitati tuae apostolica auctoritate prohibemus, ne vxoratum in episcopum praesumatis ordinare, nisi prius vxor continentiam professam, sacrum velamen sibi imponat, & religioni congruam vestem assumat. Nolumus etiam vt viri promotio vxori relictae in saeculo fieri possit perditionis occasio.

CAP. VIII. *Idem Brixienfi episcopo.*

Ex publico instrumento, quod nobis est praesentatum,

&

Dist. 6r.  
Miramur.



ANNO  
CHRISTI  
1179.

& ex tenore literarum tuarum nobis innotuit, quod cum venerabilis frater noster Veronenſis epiſcopus de mandato noſtro cauſam matrimonii, quæ inter Matthæum virum & Agolechen mulierem vertebatur, ſuſcepiffet fine debito terminandam, auditis vtriuſque rationibus & allegationibus, inter eos iudiciali ſententia matrimonium approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum ſuum rediret, & exhiberet coniugalem affectum. Verum cum eadem mulier ad eum iuxta ſententiam prædicti epiſcopi egredi nollet, de mandato noſtro, ſicut accepimus, fuit vinculis excommunicationis adſtricta. Ceterum quia præfata mulier, licet a præfato viro deſponſata fuerit, adhuc tamen, ſicut ipſa aſſerit, ab ipſo eſt incognita, fraternitati tuæ per A. S. præſentibus mandamus, quatenus ſi ſupradictus vir mulierem ipſam carnaliter non cognouit, & eadem mulier, ſicut ex parte ſua nobis proponitur, ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam, contradictione & appellatione ceſſante, a ſententia qua tenetur, abſoluas: ita quod ſi ad religionem tranſire maluerit, vterque reſtituat alteri, ſi qua alter ab altero habuit: & vir ipſe, ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod Dominus in euangelio dicit: *Non licet viro uxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis, dimittere*: intelligendum eſt, ſecundum interpretationem ſacri eloquii, de his, quorum matrimonium eſt carnali copula conſummatum, ſine qua matrimonium conſummari non poteſt; & ideo ſi prædicta mulier non fuerit a viro ſuo cognita, licitum eſt ei ad religionem tranſire.

Matth. 5.  
19.27. q. 2.  
Non dubium.

## CAP. IX.

*Idem priori G. & fratribus iuxta diſciplinam bonæ memoriæ electi viuentibus.*

Vxoratus autem ſine licentia propriæ vxoris inter vos nullatenus recipiatur: quæ ſi integræ famæ & opinionis ita exiſtat, quod nulla merito ſuſpicio habeatur eam ad ſecunda vota migrare velle, vel quod minus continenter debeat viuere: quod ſi, prout dictum eſt, talis extiterit, marito eius in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in

Concil. Tom. 27.

V u u

32. q. 1. §.  
Cum ergo.

conspetu ecclesie continentiam professæ, in domo propria cum filiis suis familiaque poterit remanere. Si autem talis fuerit, quæ suspitione careat, voto continentie celebrato, a sæcularium hominum conuersatione se remoueat, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo moretur. Nullus vestrum audeat mulierem aliquam tonsurare, vel eam ad habitandum secum assumat.

CAP. X. *Idem.*

Post votum simplex metu interpositum, permitti contrahere matrimonium.

Veniens ad nostram præsentiam Marcus eremita, sua nobis assertionem proposuit, quod quædam mulier cuidam viro absenti fide data se nupturam promisit: sed postmodum audiens plura de seueritate & inhumanitate ipsius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus suis simpliciter votum continentie compromisit: non tamen vestem aut locum mutauit. Quo audito, prædictus vir aliam sibi copulauit, & ex ea prolem suscepit. Nos itaque attendentes tutius esse, vt præfata mulier post fidem & votum simplex oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus si plus non processerit, nec vestem aut locum mutauit, nec professionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita & voto violato congruam satisfactionem indicas, & ei cui vult nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas.

D E S P O N S A L I B V S  
ET MATRIMONIO CONTRAHENDO,  
vel iam contracto.

## CAP. I.

*Idem abbati sancti Albani.*

**P**ROPOSITVM est nobis, quod vir quidam C. dum vxorem haberet, sibi aliam huius rei insciam copulauit, de qua plures filios habuit. Sed prima mortua, nititur a secunda discedere, asserens quod vxore sua viuente eam non licuit sibi copulare. Licet autem a Canonibus habeatur, vt nullus copuletur matrimonio quod prius polluerat adulterio,

ANNO  
CHRISTI  
1179.

& illam maxime, cui fidem dederat, vxore sua viuente, vel quæ machinata est in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier incia, quod ille aliam vxorem haberet viuente, nec dignum esset, vt prædictus vir, qui scienter contra Canones venerat, lucra de suo dolo reportaret: consultationi tuæ respondemus, quod nisi prædicta mulier diuortium petat, ad petitionem viri non sunt ab inuicem separandi, cum ex suo delicto videretur commodum reportare.

CAP. II. *Idem Vuirgorniensis episcopo.*

Consuluit nos fraternitas tua, quid tibi faciendum sit de V Vilhelmo parochiano, qui licet in manu tua fidem dedit, quod mulierem quamdam duceret in vxorem: spreta tamen religione fidei, ipse sibi aliam copulare præsumpsit. Super hoc vtique consultationi tuæ taliter respondemus, quod licet non sit tutum contra fidem suam venire, si tamen aliam in suam receperit, nec in facto primæ mulieris ultra processerit, nisi quod fidem dedit, a muliere ea separari non debet, sed ei de læsione fidei pœnitentia est indicenda.

CAP. III. *Idem Vigilensi episcopo.*

Si vero puellam infra duodecimum annum aliquis desponsauerit, antequam ad annos matrimonio aptos ambo peruenerint, non possunt a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium conuolare. Sed cum puella ad nubile annos, & sponsus ad annos aptos matrimonio peruenerint, tunc de pactione ipsa complenda vel remittenda sunt audiendi, & ad implendum matrimonium ab his qui matrimonium iurauerunt, commonendi.

CAP. IV. *Idem eidem in eadem.*

Sponsam autem alterius, si est ætati nubili proxima, nullus consanguineorum aliquando potest matrimonio copulare.

CAP. V. *Idem ex Concilio Africano.*

Quicumque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & post eam relinquere voluerit: dicimus quod conditio frangatur, & desponsatio firmiter teneatur.

Vel de præfenti, vel de futuro, cum inhonestata fuerit conditio.

Concil. Tom. 27.

Vuu ij

CAP. VI. *Idem GG. 7.*

Manifestum est, eum puberem esse, qui de gesticulatione sui corporis talis est, ut iam procreare possit, licet ad metas legibus diffinitas non peruenit.

CAP. VII. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Accessit ad presentiam nostram nobilis vir V Vilhelmus filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cum filiam cuiusdam nobilis viri, dum esset minoris ætatis, desponsasset, & ipsa postmodum assensum in hac parte non præbente, antequam ad nubiles annos peruenisset, celebratum est inter eos diuortium. Procedente vero tempore, defuncto patre puellæ, matrem eius V Vilhelmus sibi matrimonio copulauit. Quod quidem factum cum sustinere nolles, eum solícite monuisti, ut ipsam dimitteret: & quia monitis tuis in hac parte noluit acquiescere, ipsum excommunicationis vinculo innodasti; Tandem accepta ab eo cautione, quod nostram adiret presentiam, & super hoc statutum nostrum firmiter obseruaret, eundem mandato nostro absolutum denuntiasti, & cum literis tuis ad presentiam nostram misisti. Verum præfatus V Vilhelmus in presentia nostra constitutus, sua nobis assertionem proposuit, quod puellam illam, dum esset infra duodecimum annum, desponsauit: postea vero antequam ad nubiles annos peruenisset, noluit aliquatenus consentire, ut præfatum V Vilhelmum in virum acciperet: & ita cum patre suo, in cuius potestate remanserat, & cum prædicto V Vilhelmo, ad presentiam tuam accessit: & cum ab ore puellæ audisses & per patrem eius, quod memoratum V Vilhelmum in virum nolebat, statim illum in plena Synodo ab huius desponsatione publice absolutum denuntiasti. Elapsis pluribus annis post mortuo patre puellæ, carissimus in Christo filius noster Henricus Anglorum rex, matrem supradictæ puellæ memorato V Vilhelmo tradidit in uxorem: quam ideo V Vilhelmus, ut discordia orta inter consanguineos suos & consanguineos mulieris sopiretur, accepit & solenniter desponsauit, & sine contradictione ecclesiæ duxit & ab ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Verum licet contineatur in

ANNO  
CHRISTI  
1179.

literis ipsis, quod puella illa erat minoris ætatis, quando huiusmodi desponsatio facta fuit, tamen refert vtrum cum esset minoris ætatis, fuit proxima ætati aptæ matrimonio, aut infra septem annos. Ideo per apostolicam sanctionem fraternitati tuæ præsentibus mandamus, quatenus veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit quod puella præfata non esset septennis quando præmemorato desponsata fuit, & postea in eum non consenserit, & quod idem V Vilhelmus ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus, matrimonium inter eundem V Vilhelmum & matrem puellæ celebratum præcipias immobiliter obseruari, & eorundem proles denunties esse legitimas. Quia sicut discretio tua non ignorat, desponsationes & matrimonium ante septimum annum fieri non possunt, si consensus postea non interuenit. Sane si præfata puella ante huiusmodi desponsationem septimum annum compleuerat, licet prædictus vir a desponsatione ipsius puellæ ipso iure fuerit absolutus, cum ea in eum consentire nolebat: inhonestum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia sibi fuerat desponsata. Verum si tibi visum fuerit, vt cum matre maneat, ne discordia inter vtriusque consanguineos olim exorta, nunc autem sopita, denuo susciteatur, id dissimulare poteris, & æquanimiter tolerare. Filii autem quos ab ipsa suscepit, si eam tolerante ecclesia duxit in vxorem, a successione non possunt paternæ, vel maternæ hereditatis prohiberi.

Casus, vbi  
matrimo-  
nium a spò-  
so cum ma-  
tre sponse  
contractum  
tenet.

Iustitia pu-  
blice hone-  
statis.

C A P. VIII. *Idem Salernitano episcopo.*

Licet præter solitum & amplius solito multis simus & variis negotiis præpediti, ita quod non sit nobis facile aliquorum consultationibus respondere, illa tamen spiritali gratia, quam ad personam tuam habemus, & fraterna caritate cogimur quid sentiamus de his super quibus consuluit nos prudentia tua, tibi, quantumcumque sumus aliis intenti, præsentibus literis aperire. Consului nos si quidem, vtrum inter virum & mulierem præstito, vel non præstito sacramento, si legitimus consensus interuenerit de præsentem, carnali copula non secuta, liceat mulieri alii nubere: vel si nupserit alii, & carnalis fuerit copula secuta, an ab ipso debeat separari. Super hoc inquisitioni tuæ

V u u iij

taliter respondemus, quod si legitimus consensus ea solennitate qua fieri solet, præsentem scilicet sacerdote, aut etiam eius notario, sicut etiam in quibusdam locis adhuc obseruatur, coram idoneis testibus interueniat de præsentem, ita quod vnus ad alium in suam mutuo consensu verbis expressis recipiat, vtrimque dicendo: Ego te recipio in meam, & ego te in meum; siue sit iuramentum, siue non, non licet mulieri alii nubere: & si nupserit, & fuerit carnalis copula subsecuta, ab eo separari debet, & vt ad primum redeat, ecclesiastica districtione compelli, quamuis alii aliter sentiant, aliter etiam a quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum.

27. Quest.  
ultima.

C A P. IX. *Idem Vniuersaliensi episcopo.*

Meminimus nos ex parte tua quæstionem huiusmodi audiuisse, scilicet, vtrum illi qui se ad religionem coram episcopo deuouerant transituros, & habitum religionis susceperunt, si postmodum vxores duxerint, cogendi sunt eas dimittere, & ad ecclesiam, cui se contulerunt, redire. Super hoc vtique duximus respondendum, quod si quisquam qui se religioni deuouerit, & habitu suscepto professionem fecerit, postmodum aliquam sibi copulauerit, est ab ea cogendus recedere, & ad ecclesiam, cui se contulit, debet sine contradictione transire. Verum si habitum non suscepit, nec professionem, sed solummodo votum fecit, & se ad religionem transiturum promisit: licet postea matrimonium contraxerit, non est ad ecclesiam cogendus transire, & matrimonii votum rescindere.

Infra de  
monachis  
in probatio-  
ne susceptis.

C A P. X. *Idem Noruicensi episcopo.*

Continebatur in literis tuis, quod cum quædam puella infra nubilem aetatem cuidam viro in vxorem tradita fuerit, & ab ipso tradita parentibus assentientibus eam legitimæ aetatis existere, hæc ad nubilem aetatem perueniens, alii nubendi licentiam postulauit, asserens se in eundem virum nullatenus consensisse: prædictus vero vir e contra proponit, quod licet eadem puella nondum forte annum duodecimum attigisset, cum tradita fuisset ei in vxorem, vsque adeo tamen fuit aetati proxima, quod ipsam carnali commixtione cognouit. Inde est, quod cum ipsa eidem vi-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

ro dicit se incognitam, & ita nos consuluisti, vtrum alii possit nubere: taliter respondemus, quod cum in decretis habetur expressum, quod si vir dixerit quod vxorem suam cognouerit, & mulier negauerit, viri standum est veritati. Vnde prefato viro qui se dicit prefatam puellam cognouisse, fides est habenda, si id iuramento firmauerit: & si fuerit proxima duodecimo anno, vel circa duodecimum annum, & cum suo consensu & voluntate parentum desponsata & benedicta fuerit, & cognita ab eodem viro, separari non debent, prefertim cum parentes ipsam legitimæ ætatis faterentur. Si vero puella infra nubilem ætatem & atati non proxima, alicui desponsata fuerit, benedicta atque traducta, non licet alicui de consanguinitate illius, cui desponsata fuerit, eam ducere in vxorem: nec fas est eidem sponso, de consanguinitate puellæ sibi aliquam copulare.

Viri veritati  
standum v-  
bi sit.27. Quæst.  
Si despon.

## CAP. XI.

*Idem Norwicensi episcopo, & \*\* archidiaconis.*

Lator presentium VV. parochianus vester sua nobis assertionem monstrauit quod cum in facie ecclesiæ quamdam mulierem viduam, A. nomine, legitime desponsasset, & carnali copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione predictus vir ei debitum coniugale subtraxit: consanguinei dictæ mulieris hoc molestum habentes, coram vobis quæstionem mouerunt, proponentes quod mulierem inuitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio existentem, duxisset vxorem. Et quoniam idem vir vitam, sicut nobis proponitur, cupiebat agere dyscolam, deinde vtriusque studio interueniente, fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur vt matrimonia canonice contracta, leuitate quadam dissoluantur, discretionem vestram per A. S. mandamus, quatenus si vobis constiterit, predictos virum & mulierem per iudicium ecclesiæ non fuisse rationabiliter separatos, ecclesiamque deceptam, ipsos contradictione & appellatione cessante, faciatis sicut virum & vxorem in simul permanere.

CAP. XII. *Idem Pan. archiepiscopo.*

De illis autem, qui præstito iuramento promittunt se

Sponsalia,  
sed non ma-  
trimonium,  
recte con-  
trahi in cō-  
ditionis  
euentum.

aliquas mulieres ducturos, & postea eis incognitis, dimittunt terram, & se ad partes alienas transferunt: hoc tuae discretioni volumus innotescere, quod liberum erat mulieribus ipsis, si non est amplius in facto processum, ad alia vota transire: recepta tamen de periurio poenitentia, si per eas non steterit, quo minus matrimonium consummetur: Si vero aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum praestiterit alicui mulieri, Ego te accipio in vxorem, si tantum mihi donaueris: reus periurii non habebitur, si eam nolentem sibi soluere, quod iuramento sibi petiit dari, non acceperit in vxorem, nisi consensus de praesenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsequuta.

C A P. XIII. *Idem abbati de Fontibus, & M. vicario.*

Significauit nobis O. Andegauen parochianus Eboracensis ecclesiae, per VV. fratrem suum, quod VV. de Romare, qui est ex hac luce subtractus, eum capiens, tamdiu in vinculis ferreis & carcere tenuit, donec iurare coegit, quod Ha. mulierem duceret in vxorem. Cum autem carcerem & vincula euasisset, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit. Postea vero idem O. a praefata Ha. coram venerabili fratre nostro Eboracensi archiepiscopo apostolicae sedis legato tractus in causam, ab eo coactus est iuramento firmare, quod ad illam quam sponte acceperat in vxorem, non accederet, donec lis esset ecclesiastico iudicio terminata. Ceterum quia priusquam de causa cognosceretur legitime, praenominata Ha. diem clausit extremum, praedictus O. ad eam de qua filios habuit, reuertit non audet. Inde est, quod discretioni tuae per A. S. P. M. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si vobis constiterit quod eidem O. tanta vis illata fuerit, vt praedictam Ha. iuraret in vxorem accipere, & quod sponte in eam non consenserit: nec post praestitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit: propter hoc non dimittatis, quin ad illam quam postea accepit in vxorem, reuertendi, appellatione cessante, liberam tribuatis facultatem. Verum si praenominatus O. in praefatam Ha. consensit, & post praestitum sacramentum, quod ipsam in vxorem acciperet, carnaliter cognouit, ne ad secundam reuertatur, sub interminatione anathematis inhibea-

27. Quest.  
1. Palam  
duobus.



ANNO CHRISTI 1179. hibeatis, dantes ei licentiam, aliam, si voluerit, ducendi vxorem.

\* *Tricesi* CAP. XIV. *Idem \* Cretensi episcopo.*

Significasti nobis, quod quidam miles in prouincia tua vxorem suam sine iudicio ecclesie & auctoritate dimiserit, pro eo quod suggestum ei fuerat, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, & propter hoc vinculo fuit excommunicationis adstrictus. Verum mulier ipsa non continuit, sed sobolem ab alio viro suscepit: nec minus postulat viro suo restitui, asserens se ab ipso iniuste fuisse dimissam, & eundem virum materiam adulterandi sibi dedisse. Vnde quia nos consuluisti, vtrum mulier ista debeat viro suo restitui, & vir ad eius receptionem compelli: fraternitati tue presentibus literis respondemus, quod si manifestum est, mulierem ipsam adulterium commisisse post dimissionem, sed non \* idem si ante, ad eam recipiendam prefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse.

27. Quest. 2.  
Si tu abstin.

CAP. XV. *Idem Vigornensi episcopo.*

Ad aures nostras perlatum fuisse cognoscas, quod cum quidam parochianus tuus vxorem duxisset, ea dimissa, aliam, scilicet ei consanguineam, sibi copulare presumpsit, & eam carnali commixtione cognoscere, & secum tenere minime dubitauit. Cumque prior mulier super hoc querelam mouisset, matrimonium eius denegauit, & secundae copulam professus est. Vnde cum primum coniugium aduersus eum per testes probaretur fuisse, quoniam a secunda recedere noluit, ad audientiam nostram appellauit. Super quo utique prudentiae tuae respondemus, quod si prima mulier & secunda, se vel prima vel secunda linea contingunt, tu virum facias vtraque, omni contradictione & appellatione cessante, carere, & sine spe coniugii perpetuo manere. Si vero eas \* interdicto gradu solummodo vel supra sese attingere constiterit, tu ipsum compellas a secunda recedere: & de commisso poenitentia sibi condigna imposita, eum priorem sicut vxorem suam recipere, & maritali de cetero affectione tractare constringas.

25. Quest. 5.  
de affinit.

\* fort. in  
tertio

CAP. XVI. *Idem Beluacensi episcopo.*30. Quest. 1.  
Illud.

Super hoc quod de latore præsentium tuis literis quaesivisti, an liceat sibi matrimonium cum ea contrahere, quam, vxore sua viuentem, sibi de facto copulauit in matrimonium: tuæ sollicitudini duximus respondendum, quod si adultera in mortem alterius aliquid est machinata, seu iste fidem dederit, quod ea defuncta hanc esset ducturus: secundum Canones ab eius consortio perpetuo prohibetur, & hæc prohibitio perpetuo est obseruanda.

CAP. XVII. *Idem archiepiscopo Senonensi.*

Ante carnalem copulam ipsa ad religionem non transeunte. Alio qui secus, vt supra de coniugatis &amp; sponsis: verum, si post consensum, contra.

Porro si qui vir & mulier pari consensu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita, aliam duxerit in vxorem, & eam cognouerit, cogendus est secundam dimittere, & ad primam redire. Quia quamuis exinde sit diuersa quorundam sententia, & non eadem consuetudo ecclesiæ, tutius tamen videtur, vt primam hanc quam secundam, cum a prima iudicio ecclesiæ separari non debeat, postquam cum ea pari voto & consensu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri desponsatæ, & a viro non cognitæ, liceat ad religionem transire, aliam tamen non potest ducere in vxorem.

CAP. XVIII. *Idem Eberardo Paduano episcopo.*

Sollicitudini sedis apostolicæ incumbit, vt si dubia vel difficilia ad nostram aurem perferantur, ea debeamus absoluere, & in lucem reuocare. Super eo siquidem vnde nos consuluit dilectio tua, quid videlicet seruandum sit, & retinendum de muliere, quæ cum sit vni viro desponsata, ab alio postea desponsatur & cognoscitur: sollicitudini tuæ taliter respondemus, quod licet quarundam ecclesiarum consuetudo habeat, vt cum secundo viro debeat remanere, conuenientius tamen videtur, vt si vir & mulier ad ætatem coniugio aptam deuenierint, & infra mulier desponsata fuerit, quod vir mulierem in suam, & mulier virum in suum recipiat, licet postea ab alio desponsetur & cognoscatur, debet primo restitui.

ANNO  
CHRISTI  
1179.ANNO  
CHRISTI  
1179.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. XIX.

De muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta, cum inter vim & vim sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, quia certum nobis nil expressisti, inquisitioni tuæ nil possumus respondere. Illos autem qui propter consanguinitatem prohibentur coniungi, & postea contra interdictum ecclesiæ sese receperint, excommunicationi debes subiicere, donec tamdiu separentur, quousque legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium de iure possit & debeat stare.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex literis quas super causa matrimonii cuiusdam iuuenis, R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de sancto Leodegario, transmisisti, sollicitudo nobis innotuit, quam in ipsius negotii examine seruasti. Quia vero absentibus partibus veritatem nequiuimus plenarie indagare, nec causam ipsam ad te remittere, a quo pars mulieris ad audientiam nostram noscitur appellasse, eam venerabilibus fratribus nostris, Vintoniensi, Herefordensi, & Bathoniensi episcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tuæ per A. S. presentibus mandamus, quatenus partes adire eorum presentiam, cum ab eis fuerint euocata, & quod ipsi iudicauerint inuiolabiliter obseruare, contradictione & appellatione cessante, compellas.

Ad eum a quo est appellatum, non posse causam remitti.

CAP. XXI. *Idem Urbanus M. Cenom.*

Cum in apostolica sede, cui licet immeriti præsidemus, magisterium resideat totius ecclesiasticæ disciplinæ, dignum est & consonum rationi, vt quoties circa negotium ecclesiæ aliquid dubietatis emerferit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus siquidem quod cum inter villicum de Herneia & vxorem eius coram te quæstio matrimonii tractaretur, & productis testibus, & eorum examinationibus diligenti examine discussis, ante publicationem idem villicus reuersus ad propria, publice inter se & vxorem suam proposuit, sententiam diuortii iudicio ecclesiæ esse promulgatam: & sic suggesta omnibus falsitate, quamdam aliam mulierem facti

Concil. Tom. 27.

Xxx ij

nesciam, sibi copulare præsumpsit. Postmodum vero super prioris matrimonii quæstione literis a sede apostolica impetratis, delegati iudices sententiam diortii protulerunt. Vnde quia villicum & mulierem quam superinduxerat, pendente lite prioris vxoris, inuicem assensu consentire: tua nos duxit fraternitas consulendos, vtrum tales sint ad matrimonium admittendi. Nos autem auctoritate præsentium tuæ sollicitudini respondemus, quod imposita ei poenitentia competenti, & infra ipsius poenitentiae tempus carnali commercio interdicto, postmodum in maritali copula poterunt remanere. Super eo vero quod a nobis similiter postulasti, vtrum ille qui in quamdam mulierem consensit, si pater eius videlicet suum præstaret assensum, si ad consummandum matrimonium sit compellendus: non minus respondemus, quia cum assensus liber dici non possit, qui alieno reseruat arbitrio ac conditioni, ipsum canonica non improbant instituta, quæ consonant honestati, nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam ad contrahendum matrimonium est cogendus. Nam licet felicis recordationis Alexander papa prædecessor noster in suis videatur consultationibus respondisse, quod desponsalia interposita conditione certa, conditione ipsa minime obseruata, si consensus de præfenti intercedat, vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debent, sed firmiter obseruari: nequaquam est nostræ diffinitioni contrarium, cum huiusmodi consensus nequaquam sit de præfenti habendus, licet per verba de præfenti euidentius exprimatur, quod in alieno arbitrio non habito, sed habendo, consistunt: aliam tamen non potest ducere vxorem.

Ante carnalem copulam ipsa ad religionem transeunte, alioqui fecus, vt supra.

C A P. XXII. *Idem Eberardo Paduano.*

Super eo quod ex literis tuis intelleximus virum quemdam & mulierem de mandato domini vtriusque assensu se inuicem recepisse, nullo sacerdote præfente, nec adhibita solennitate, quam solet Anglicana ecclesia adhibere, & aliam prædictam mulierem ante carnalem commixtionem sollemniter duxisse & cognouisse, tuæ paternitati duximus taliter respondendum, quod si primus vir & mulier pari consensu de præfenti sese receperint, ipsa de-

ANNO  
CROZII  
1179.

1179.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

bet primo restitui, cum nec potuerit, nec debuerit, post talem consensum alii nubere: si vero consensus talis inter eos non intercesserit sub verbis illis quæ diximus, nec carnalis copula etiam assensu de futuro præeunte, secundo viro qui eam postea traduxit atque cognouit, mulier ipsa debet relinqui, & ab impetitione prioris absolui, iniuncta primo pœnitentia de læsione fidei vel violatione iuramenti, si dedit fidem vel præstitit iuramentum.

CAP. XXIII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Sponsam autem alterius, si est nubili ætati proxima, nullus consanguineorum aliquando sibi potest matrimonio copulare.

CAP. XXIV. *Idem Andrensi episcopo.*

Super eo vero, quod de illo nobis significasti, qui cum procreare vellet filios, vxori suæ nunquam carnis debitum reddidit vel reddere potuit, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod diuersa sunt inde decreta, diuersa sententia. Sed consuetudo est Romanæ ecclesiæ, in similibus taliter tenere, quod si non potest eam sicut vxorem habere, ipsam habeat sicut sororem.

Ob coeundi impotentiam non fieri diuortium.

CAP. XXV.

*Idem abbati sancti Edmundi, & de Rameseria.*

Ex parte Emmæ mulieris nostris est auribus intimatum, quod Andreas sibi coram sacerdote quodam & diacono & aliis, pluribusque tam clericis quam laicis ad hoc conuocatis, iuramentum præstiterit, quod ipsam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei sicut vxori suæ fidem seruaret: ipsa quoque Andream præstito iuramento promisit, se illum pro marito habituram, & fidem ei tamquam proprio viro seruaturam. Quo factò, diu in eadem domo cohabitantes, sibi liberos procreauerunt. Procedente vero tempore prædictus Andreas contra iuramentum præstitum prænominatam Emmam & filios ex ea procreatos reliquit, & a cohabitatione recessit. Quia igitur nemini licet vxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere, & tunc eam vel sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere: nec

31. q. 1. Dixit.

nos sustinere debemus, vt prædictus Andreas iuramenti præstiti religionem infringat: discretioni vestræ per A. S. præsentibus mandamus, quatenus rei veritate diligenter inquisita, si, prout superius dictum est, ita esse inueneritis, eundem Andream moneatis studiosius, vt suæ salutis consulens, & superinducta quam habet, prius dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione tractet, & reatum suum condigna pœna expiare satagat. Quod si commonitioni vestræ acquiescere forte contempserit, vos eum & superinductam, omni occasione & appellatione cessante, excommunicationis vinculo innodetis, & vsque ad dignam satisfactionem præcipiatis hominibus, sicut excommunicatos, cautiùs euitare.

## CAP. XXVI.

*Idem Pictauiensi episcopo.*

Ex literis venerabilis fratris nostri \* Sanxonis episcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri sui episcopatus, VV. scilicet de \* Monda, & B. de Mauritania, filios & filias im-<sup>\*Monda</sup> pubescentes haberent, & spe pacis inter eos reconcilian-<sup>da</sup> dæ ita inter se conuenirent, quod filios & filias mutuis inuicem matrimoniis sociarent: & hoc tam patres quam filii sub iuramento se facturos promiserunt. Inter quos quidem G. prioris filius, filiam prædicti B. consentiente patre, semel & iterum recipere in vxorem iurauit. Cumque ipso volente ad alia vota migrare, eum episcopus sub distinctione anathematis compellere voluit, vt secundum quod iurauerat, filiam præfati B. traduceret in vxorem, ipse ad audientiam nostram appellauit: & altera parte nuntium suum ad nos destinante, nec ipse venit, nec responsalem aliquem pro se transmisit. Quia igitur periculum G. prædicto extitit, contra iuramentum suum venire, fraternitati vestræ per A. S. præsentibus mandamus, quatenus cum exinde fueris requisitus, vtramque partem ante tuam conuoces præsentiam, & rationibus hinc inde plenius auditis & agitatatis, si tibi constiterit, quod præfatus G. præstito iuramento firmasset, quod filiam memorati B. duceret in vxorem, eum moneas, & auctoritate nostra distincte compellas, vt ipsam, nisi rationabilis causa extiterit, in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet. Si vero rationabilem causam prætereundere voluerit, eam cum omni diligentia & stu-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

dio audias, & sine canonico, appellatione cessante, decidas. Ceterum si legitime monitus iudicio tuo parere contempserit, eum & patrem suum, si fouere ipsum in sua malitia præsumpserit, excommunicationis vinculo adstringas: & in tota terra ipsorum omnia diuina, præter baptismi paruulorum & pœnitentias morientium, prohibeas officia celebrari.

## CAP. XXVII.

*Benedictus papa Gaudentio patriarchæ.*

Lex diuinæ constitutionis sedem apostolicam totius posuit orbis terrarum magistram: vt quidquid vbique locorum dubitatur, ab ea tandem ratio eiusdem requiratur. Affatus est autem nos suis literis eiusdem cathedræ sessorum, ac percontatus est quidam vir nomine Ioannes, pro connubio filix suæ superstitis, cuius soror defuncta, cuidam iuueni nomine Stephano, simplicibus verbis fuit desponsata, & antequam ad nuptias peruenerit, morte præuenta: vtrum cum eodem iuvene possit matrimonium celebrari superstitis filix, necne. Namque testatus est, huius rei rationem haberi apud vos ambiguam, quam, Deo docente, reddimus his verbis certissimam. Protoplastus enim ille radix, & origo nostra, detracta sibi costa videns mulierem formatam, prophetico spiritu inter alia protulit: *Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhæ-* Genes. 2.  
*bit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Quibus verbis innouit, non aliter virum & mulierem posse fieri vnâ carnem, nisi carnali copula sibi cohæreant. \* Qui ergo nequam mixtus est extraneæ mulieri foedere nuptiali, quo pacto per nuda sponsionis verba possunt vnâ caro fieri, nullatenus valemus intueri: propinquitatem enim sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed nec osculum parit propinquitatem, quod facit nullam sanguinis commixtionem. Propinquitatem sanguinis verbis dici, nõ effici.  
Quoniam vero ita prorsus se habet res Ioannis istius, vt velit filiam illi nuptiis copulare, cui primam iam decreuerat desponsare: censura apostolica mandamus hoc absque criminis vitio posse fieri. Nam cur prohibeamus quod prohibitum nunquam sacra scriptura declarauit? Sed neque mundanæ leges, connumeratis personis quibus inter se nuptias contrahere non licet, de huiusmodi aliquid dicunt

\*Quod

negotio. Ne ergo abnegetis, quod nulla abnegandum ratione monstratis.

## CAP. XXVIII.

*Idem Vintoniensi, Bathoniensi, & Herefordensi episcopis.*

Ex literis venerabilis fratris nostri Cantuariensis archiepiscopi apostolicæ sedis legati, ad audientiam nostri apostolatus peruenit, quod cum G. de sancto Leodegario, Mariam filiam suam absentem, cuidam iuueni R. nomine desponsasset, postmodum quibusdam ipsius mulieris consanguineis procurantibus, memoratus R. cum ea præsentem per verba præsentis temporis contraxit, sicut dicitur, matrimonium, fide hinc inde corporaliter præstita, quod vir mulierem sicut uxorem legitimam de cetero exhiberet, & ipsa reuerenter ei sine contradictione, sicut viro legitimo, obediret; nihilque defuit, nisi solennitas illa in facie ecclesiæ celebranda, quæ propter tempus quadragesimæ tunc non potuit effectui mancipari. <sup>32. q. 4. Non oportet.</sup> Tempore vero procedente orta suspicione, quod præfatus R. ad alia desideret vota transire, ad examen fuit iam dicti archiepiscopi causa perlata; qui sub anathematis interminatione prohibuit, sicut ex literis ipsius accepimus, ne antequam de præscripto negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret. Sed ipse præscripta prohibitionem contempta, filiam Hugonis de Polstede, Mathildem nomine, in facie ecclesiæ sibi solenniter copulauit uxorem. Postmodum vero duabus mulieribus & viro coram archiepiscopo constitutis, præfatus R. publice confessus est, se cum Maria, sicut dictum est, publice matrimonium contraxisse, & aliam, scilicet Mathildem, praua quorundam suggestionem seductum accepisse. Maria vero frequenter asseruit, quod pater eius non mouerat de voluntate eius querelam, adiiciens quod inter ipsam & præfatum R. excepta sola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio intercesserat: quam, quia ipse non seruauerat, seruare minime tenebatur: & ideo, quia eam quam secundo acceperat, relinquebat. Cum autem præfatum R. tamquam proprium virum restitui postularret, & archiepiscopus vellet de primo matrimonio cognoscere, ob id maxime, quia mulieres dicebantur sese consanguinitate contingere, ac per hoc tam incestus quam adul-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

adulterii vitium timebatur, Maria ad apostolicam sedem appellationis vocem emisit, & festum circumcisionis proximæ terminum appellationi præfixit, appellationem vero archiepiscopo deferens, eidem Mariæ sub periculo animæ & excommunicationis interminatione districtius interdixit, ne cui nuberet, donec causâ ipsa coram nobis vel coram delegatis ab apostolica sede iudicibus, finem debitum fortiretur. Ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alii, VV. nomine, nihilo minus nupsit; & propter hoc citata coram archiepiscopo noluit propter appellationem, quam obierat, apparere. Cum igitur absentibus partibus non videretur nobis negotium finiendum, ipsum experientia vestra de qua plene confidimus committentes præsentium auctoritate terminandum: quatenus partibus ante præsentiam vestram conuocatis, inquiratis diligentius veritatem: & si nihil constiterit quod impediât, præter consensum qui inter præfatum R. & Mariam asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis diffugio, iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire nequaquam debuerit, conueniens non videtur, vt ob id solum sacramentum coniugii dissoluatur. Alia enim pœna debebat eis imponi, quod contra prohibitionem ecclesiæ hoc fecerunt. Nonis Februarii.

Scilicet de futuro, secundum affectionem Mariæ, nam de præsentibus secundum impediret & rescinderet matrimonium.

CAP. XXIX. *Idem Bathoniensi episcopo.*

De illis qui infra annos aptos existentes matrimoniis contrahendis sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter, antequam ad annos aptos matrimoniis contrahendis perueniunt, reclamant & postulent separari, non sunt aliquatenus audiendi. Si vero alteruter eorum ad annos aptos contrahendis matrimoniis peruenerit, infra eosdem annos altero existente, sponsalia contrahuntur, si is qui minoris est ætatis, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire, iudicio ecclesiæ poterunt ab inuicem separari. Vtrum autem mulier, quæ postquam ad annos matrimoniis contrahendis aptos venit, nupsit, ab eo si quærat dissidium, debeat separari: tuæ consultationi taliter respondemus; quod cum in eum semel consenserit, amplius consentire non potest aliqua-

Concil. Tom. 27.

Yyy

tenus, vel diuertere: nisi forte illi nupsit, postquam ad annos aptos matrimonii contrahendis peruenerit, & in eum suum omnino negauerit præstare consensum.

## CAP. XXX.

*Alexander III. Burdegalensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de milite quodam, qui cum mulierem quamdam duxerit in uxorem, & eam longo tempore tenuerit, & prolem ex ea suscepit: nunc matrimonium suum accusat, dicens in quarto gradu consanguinitatis esse: ad quod utique consultationi tuæ taliter respondemus, quod si præfatus miles mulierem ipsam in facie ecclesiæ duxerit, & longo tempore tenuerit, non debet vox accusationis suæ admitti, nisi personæ aliæ & idoneæ appareant, & merito suspicionis carentes, quæ matrimonium ipsum velint & possint legitime accusare: nec heredes personæ admitti debent, si per viginti vel octodecim annos insimul sine quæstione remanserint.

CAP. XXXI. *Innocentius Vintoniensi episcopo.*

Super eo quod interrogasti de sacramento coniugii, breuiter respondeo: Illam quam dixisti, a patre coniugi traditam, & ab eo cui tradita fuerat, patri commendatam, donec statuta die in domum suam ille traduceret: dico quod legitimo consensu interueniente, ex eo statim coniunx fuerit, quod spontanea \* voluntate sese coniugem esse consenserit, non enim futurum promittebatur, sed præsens confirmabatur. Quapropter quidquid cum alia postmodum factum est in coitu siue in generatione proli, tanto reprehensibilis est secundum, quanto verius primum. Constante enim primo, quanto amplius in Deum committitur, tanto magis culpa augetur. His ergo cognitis, facile erit negotium præsentium latoris tuæ discretioni debito fine terminare.

CAP. XXXII. *Idem Cassinensi abbati.*

Ex literis tuis ad nos directis accepimus, quod cum quidam secreto mulierem viduam subarrasset, & cognoscens carnaliter cohabitasset cum ea per annum, Mundualdus virum mulieris traxit in causam, proponens quod

ANNO  
CHRISTI  
1179.

illam in potestate sua positam, quasi fornicariam cognouisset: tunc vir & mulier iuramento firmarunt, quod ab anno alter in alterius copulam maritalem consenserat, & de cetero sicut vir & mulier simul cohabitarant. Cum autem nec iuramento fidem mulieris procurator habuit, exegit eam publice subarrari. Quod cum vir publice facere paratus esset in conspectu ecclesie, surrexerunt duo proponentes, prefata mulieris coniuges in quinto gradu vel sexto consanguinitatis sese contingere: quia pater eius, qui eam subarrare volebat, priorem virum in quarto consanguinitatis gradu attigerit. Vnus autem ita se audiuisse iurauit, alius autem id iurare voluit, & ob hoc licet ille prefatam viduam subarrare distulerit, minime tamen ab eius cohabitatione discessit. Processu vero temporis ad instantiam Mundualdi prefatus vir publice matrimonium celebrauit, & postmodum fere per annum cum vxore permanfit. Nunc autem quaestio prima reuixit, & iurauerunt duo coram archiepiscopo plebano, velut dicis, quod primus vir fuit in quinto gradu consanguinitatis patri viri praesentis. Vnde quia diuersi diuersa sentiunt, quid agendum sit in hoc casu, meis quaeris literis edoceri. Quocirca discretioni tuae per A. S. mandamus, quatenus vtramque partem ante tuam praesentiam conuoces, & facias testes coram te iurare, & adhuc inquiras, a quibus & quando didicerint quod testantur. Si vero post motam quaestionem didicerint, non est iam dictum matrimonium dissoluendum. Similiter nec si ab accusatoribus matrimonii didicerint. Inquisita vero veritate diligenter, si per testes circumspicos & omni exceptione maiores inueneris, quod primus vir patrem superstitis in quinto vel sexto gradu attigerit, non differas sententiam diuortii promulgare. Aequae enim, vt Canones dicunt, abstinendum est a consanguineis vxoris, ac propriis, vsque ad sextum gradum. Ceterum prudentiam tuam nolumus latere, quod personae idoneae nominandae sunt, & gradus distinguendi ab vtroque latere & computandi: nec sunt causae matrimonii tractandae per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi, & statuta Canonum super his nequam ignorent.

Quorum  
testimonia  
non valeat.

Personas  
nominandas, & gradus ex vtroque latere distinguendos.

Qui iudices futuri.

CAP. XXXIII. *Idem\* Exoniensisepiscono.*

Præterea hi qui matrimonio contrahendo pure & sine omni contradictione fidem dederunt, aut iuramentum fecerunt, commonendi sunt diligentius & exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præstitam vel iuramentum factum obseruent, & se, sicut promiserunt, coniungant.

PARS VII. DE POTESTATE IVDICVM  
DELEGATORVM, ET DE VARIIS  
literis diuersis temporibus impetratis.

## CAP. I.

*Idem Londoniensi episcopo.*

CVM tibi sit de benignitate sedis apostolicæ indulgendum, vt causas, quas de mandato nostro suscipis terminandas, liceat tibi personis aliis vni vel pluribus delegare: sed ab his quibus causa fuit per te commissa, fas sit litigantibus appellare, etsi eadem causa tibi fuerit a nobis, appellatione cessante, commissa: accidit interdum, sicut tu afferis, quod causam, quam tibi commisimus, appellatione postposita, terminandam, aliorum experientia committas audiendam, & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad nostram audientiam interponat: consultationi tuæ respondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, est omnino deferendum, licet fuerit appellatione remota commissa.

CAP. II. *Idem Bathoniensi episcopo.*

3. q. 9. Hortamur.

Rom. 1.

Quia quæsitum est a nobis ex parte tua, quid faciendum sit de potestatibus, quæ, cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi, de his quos diligunt aut tueri volunt, minis & terroribus suis conquerentes filere compellunt, & mandatum nostrum eludunt: id tibi respondemus, quod sicut agentes & consentientes pari poena scripturæ testimonio puniuntur; sic tam eos qui trahuntur in causam, quam principales fautores eorum, si eos manifeste cog-

ANNO CHRISTI 1179. noueris iustitiam impedire, censura ecclesiastica poteris coercere.

C A P. III. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Sane si a nobis literæ prius impetrentur, & aliæ postea, non facta mentione priorum literarum, literæ impetrentur, si iudicibus innotuit, donec Romanum pontificem consulant, & suam exinde plenius cognoscant voluntatem, executione literarum debent penitus supersedere, ne pro varietate literarum, causarum fines valeant impediri.

Et hoc iubemus obseruari ab omni administratore, vt si contigerit in scriptis nostram fieri iussionem ad aliquem, & interea quiescat ab administratione, is qui post illum suscepit dignitatem, eam accipiat & insinuet. Et si quidem priuata est causa, implere eam & assequi, quemadmodum ad eum promeruerit rescriptum. Si vero huiusmodi in scriptis iussio publicum ius respicit, inquirat eam, & si quidem non læditur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat: Si vero ad læsionem fisci est, nil super ea omnino agi. Nuntiare vero nobis primum oportet, vt secunda de hoc nostra iussio fiat. Si vero ad præcepta cuiuslibet iudicis sunt, & priusquam insinuentur hæc, aut præcipientem, aut ad quem præcepta facta sunt, contigerit remoueri de cingulo, etiam sic qui factus fuerit iudex, hæc suscipiat & exigat, si legitime facta sunt. Si vero contra legem, aut contra ius publicum facta sunt, pro non scriptis esse iubemus.

C A P. IV. *Idem.*

Cum aliqua causa, appellatione remota, committitur, & sententia fertur iniqua, eam vacuare oportet, nec ei debet stari, si manifestam continet iniquitatem.

C A P. V. *Idem Londoniensi episcopo.*

Si pro debilitate tua, vel pro aliqua graui necessitate tractandis causis, quæ tibi ab apostolica sede committuntur, adesse non poteris: liberum tibi sit, aliis personis idoneis & discretis vices tuas committere, ita quod si res tanti est, te consulere debeant: nisi forte causæ ita graues sint, quod sine præsentia tua non possint omnino terminari.

Y y iij

CAP. VI. *Idem Vu. Carnotensi electo.*

De causis quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quod nisi dies ab apostolico præfixus, de communi consensu pro rogetur, eo transacto mandatum expirat. Illi etiam qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his iudicio parere neglexerint, si tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna Canonibus exprimat, eam infligas. Alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundum arbitrium tuum punias.

CAP. VII. *Idem Senonensi archiepiscopo.*

Præterea super hoc, quod nos consulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato, non ordinario, sine literis citatoriis cogere contumacem vt veniat, aut damnare, si non venerit: hoc tibi præsentium auctoritate innotescat, quod quamuis ei causa licet simpliciter delegetur, satis potest partes auctoritate nostra compellere, & contumaces seueritate ecclesiastica coercere, etiam si literæ commissio- nis id non contineant, aut partes mandatum non habeant vt accedant: quia ex eo quod causa sibi committitur, super his omnibus quæ ad causam ipsam pertinere noscuntur, plenariam recipit potestatem.

CAP. VII. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Quamuis simus multiplicitate negotiorum impliciti, & grauib; diuersisq; sollicitudinibus occupati, nos tamen cogit præter commune debitum, tua fraternitas & dilectio, qua personam tuam diligimus, tuis consultationibus respondere, ne videamur indiscussa relinquere, quæ nobis enodanda tua voluit dilectio præsentare. Innotescat itaque sollicitudini tuæ, quod iudex a nobis delegatus causam sibi commissam potest alii vel pluribus delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut etiam vt audiant rationes, & allegationes & attestaciones recipiant, & sententiam sibi seruent, vel vt horum aliquid faciant tantum iuxta voluntatem & beneplacitum delegantis, quamquam non possit eandem causam alii, appellatione postposita delegare: etsi sit tibi, appellatione remota, com-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

missa. Si vero duobus causa committitur, etiam si non apponatur, ut vnus sine altero in ea procedat, nihilo minus vnus ex ipsis, siue suo coniudici, siue alii, vices suas in hac parte committere potest.

Sed quid, si suo coniudici? nūquid ab ipso poterit appellari?

CAP. IX. *Idem eidem in eadem.*

Ceterum si qui ad iudices super aliqua causa ab apostolica sede literas commissorias impetrent aliis iudicibus forte committi, nisi de commissione prioribus facta in literis commissionis, qua aliis delegantur, mentio fiat, nihilo minus priores iudices in cognitione ac causa decisione procedere debent, nec secundae literae super eadem causa taliter impetratae, alicuius roboris firmitatem habere possunt. Si vero in secundis literis habeatur mentio de commissione prioribus iudicibus facta, praedicta causa priorum est exempta iudicio, cum eadem non sint tacita veritate impetratae. Verum si praesentibus patribus de ipsarum consensu cuiuslibet causa committitur, & processu temporis, vel etiam continuo, alterutra partium, altera nesciente, causam ipsam tacita veritate de priore commissione facta, impetrauit committi: non immerito is, qui tali dolo & fraude aduersarium cogit laborare, in expensis condemnari debet.

Nisi forte secundum priores sententiam tulerint ante quam secundae ad iudices peruennerint.

CAP. X. *Idem eidem in eadem.*

Sententiam a delegato iudice latam, si ad mandatum ipsius iudicis dioecesanus episcopus executioni mandare neglexerit: is qui ex delegatione Romani pontificis sententiam tulit, eam executioni mandandi plenam & liberam habet facultatem.

CAP. XI. *Idem Norwicensi episcopo.*

Significasti nobis per literas tuas, quod interdum a iudice delegato frustra super aliqua causa fertur sententia, cum ordinarius iudex eam ad mandatum ipsius nolit executioni mandare, vel aliis resistentibus effectui mancipare non possit. Super hoc autem consultationi tuae taliter respondemus, quod si ordinarius iudex ad mandatum iudicis a nobis delegati, non vult aut non potest aliis resistentibus sententiam ab eo latam effectui mancipare, delega-

tus iudex causam auctoritate sibi commissa potest executioni mandare: & si quis sibi resisterit, cum ecclesiastica censura coercere.

C A P. XII. *Idem eidem in e. e.*

Si quando vero clerici coram iudice delegato prelatos ecclesiarum super ecclesiis quas tenent, in causam traxerint, & coram eodem iudice transactione vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem, ordinarius iudex non debet delegati iudicis mandato resistere violenter, sed apud ipsum instare, vt differat illos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

C A P. XIII. *Idem Herefordensi episcopo.*

Intelleximus ex tuæ fraternitatis relatu, quod quandoque impetrantur a nobis literæ, certam causam habentes ad te & ad alios, aliquando per suggestionem falsitatis, aliquando per suppressionem veritatis. Vnde a nobis consilium postulasti, vtrum secundum formam aut secundum rigorem iustitiæ tunc debeas in ipsa causa procedere. Super quo discretioni tuæ tale damus responsum; quod si literæ nostræ ad te directæ formam expressam habuerint, & cognoueris eas per suggestionem falsitatis & per suppressionem veritatis cum tali forma impetratas fuisse: tunc non secundum formam in eis expressam, sed secundum rigorem iustitiæ in causa ipsa sine personarum acceptione procedas.

Non secundum formam facti, sed secundum rigorem iustitiæ procedendum.

C A P. XIV. *Idem.*

Si autem lis infra certum terminum præcipiatur decidi, non poterit negotium vltra præfixum terminum, nisi communi consensu partium, prorogari. Verum si iudex delegatus aliter fecerit, & fines mandati excesserit, eius iurisdictionem non est dubium exspirare.

C A P. XV. *Idem Londoniensi & Vigorniensi episcopis.*

Peruenerat ad nos ex parte R. senis presbyteri, quod cum ad vos olim literas nostras attulisset, quod si vobis constaret



ANNO  
CHRISTI  
1179.

staret eum per vim T. clerici, metu regio cooperante, ecclesiam de Gitebergia, quam se asserit per annos pacifice possedisse, iam pridem iuramento præstito refutasse, eandem ecclesiam ei restitueres. Prædictus vero T. alias literas a nobis posterius impetratas, ad alios iudices super eodem negotio reportauit, & sic causa ipsa sub vestro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati vestræ atque prudentiæ, quatenus non obstantibus literis a memorato T. posterius impetratis, nisi ibi contineatur \* expressum, quod causam ipsam vestro iudicio subtraxerimus, vtramque partem ante vos conuocetis, & eidem causæ iuxta tenorem alterarum literarum nostrarum, sublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

\* expressum,

C A P. XVI. *Idem \* Lexoniensi archiepiscopo.*

In literis quas tua nobis destinauit fraternitas, quæstiones quasdam inseruisti, super quibus solutionem tibi a nobis postulas exhiberi: quarum siquidem vna est, scilicet, vsque ad quod tempus iudex delegatus se possit interponere, vt stetur rei iudicatæ vel transactioni. Super quo vtique paternitati tuæ taliter respondemus, quod ex quo iudex delegatus per se aut per alium, si potuit, executioni mandauerit, vel pro se petierit mandari, eius auctoritas & iurisdictio cessat, quia semel functus est officio suo.

Semel officio suo functus de cetero non fungi.

C A P. XVII. *Idem abbati sancti Albani.*

Consultationibus singulorum ex ministerio susceptæ seruitutis cogimur respondere, vt si quid dubietatis vel quæstionis in mentem alicuius emerferit, ab ecclesia Romana soluatur, quæ inter alias, disponente Domino, obtinere meruit principatum. Quæsitum est siquidem a vobis, vt si quis ecclesia vel possessione aliqua se assuetans absque iudicio & causa rationabili spoliatum, & a nobis ad iudices literas obtinuerit, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio: si constiterit iudici, eum esse taliter spoliatum, possessio debet ei restitui, cum is qui tenet ecclesiam, vel postquam ipse requirit, antequam de literis aliqua mentio fieret, studiorum, peregrinationis,

Math. 16.

Concil. Tom. 27.

Zzz

vel alia huiusmodi causa se absentauerit, num infra præfixum tempus iudici possit suam præsentiam exhibere. Super quo itaque inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nec debet, nec potest testimonium habere, quamuis paratus sit coram iudice delegato testibus idoneis possessionem & deiectionem suam probare: nisi is qui possidet, terminum prorogauerit. Exspirat enim iurisdictio sua, quia sine consensu vtriusque partis non licet iudici terminum prorogare aliquatenus præfixum a delegatore.

C A P. XVIII. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex parte venerabilis fratris nostri Couentrensis episcopi, auribus nostris est intimatum, quod cum de causa quæ inter G. & F. clericum super præbenda de Norbale diligenter cognouisset, & eidem G. secundum tenorem literarum nostrarum, in quibus continebatur, quod si constaret prædictum F. de periurio esse conuictum, & perpetuo illi præbendæ renuntiasse, ab eadem præbenda, appellatione cessante, amoueretur. Eoque cognito & probato, cum prælibatam præbendam G. adiudicasset, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniens, secundum hunc tenorem literas reportauit, quod ei præcisè & absque causæ cognitione restitueres, & ipsum qui post appellationem eum præbenda spoliavit, auctoritate alicui beneficium auferendi, appellatione cessante, priuare, donec per se vel per nuntium, aut per literas suas satisfactorius, ad sedem apostolicam accederet, & prænominatum G. si eundem F. super iam dicta præbenda præsumeret molestare, vinculo excommunicationis vsque ad dignam satisfactionem adstringeret. Vnde quia non credimus nos ita præcisè scripsisse, & si taliter scripsimus, hoc ex nimia occupatione contingit, & in huiusmodi literis intelligenda est conditio, etiam si non apponatur, si preces veritate nitantur, fraternitati tuæ taliter, &c. quatenus inspecto tenore literarum, quas prædicto episcopo direximus, si inuenieris quod secundum prædictum modum ei scripsimus, & in literis quas præfatus F. reportauit, non fuit habitatio priorum literarum, sententiam præfati episcopi, omni contradictione & appellatione cessante, confirmes,

Subintelligenda conditionem, si preces veritate nitantur.

& prædictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram venire compellas.

CAP. XIX. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Ad hæc cum aliquis nimis prolixum terminum suæ appellationi præfigit, iudex potestatem habet competenti modo abbreviandi: & si in termino de tempore abbreviando competenter statuto appellationem non fuerit profecutus, nec canonicam executionem prætenderit: sententia, si lata est, tenet. Quod si lata non est, iudex appellantem, appellatione cessante, potest compellere infra terminum statutum appellationem profequi, vel coram se iudicio stare.

CAP. XX. *Idem Carnotensi episcopo.*

Sane quia nos in primis consulere voluisti, qualiter a nobis iudex delegatus episcopum, qui ei non subest, ad aliquid dandum vel faciendum compellere debeat, cum causam, quæ inter episcopum & clericum vel laicum vertitur, a mandato nostro suscipit terminandam: id tuæ quæstioni damus responsum, quod iudex a nobis delegatus, vices nostras gerit, vnde in causa illa est superior & maior illis, quorum causam suscipit terminandam: ideo si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa quam illi delegamus rebellis aut contumax fuerit, secundum qualitatem vel quantitatem facti, poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia a iudice delegato compelli; ita quod iudex secundum negotii qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiarum, vel sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam specialiter pertinet, interdicto supponat. De testibus autem non habemus in sacris Canonibus, quod cogendi sint, sed admonendi, cum celare veritatem, sicut dicere falsum, mortale deputetur sæpe delictum. Quæstioni vero quam facis, vtrum appellationi illius sit deferendum, qui (sicut mos est) præstito iuramento absolui inhibetur, si antequam aliquid ei mandatum est, appellet, vel si mandato recepto, causa diffugii appellet: taliter respondemus; quod postquam iuraverit, appellationi eius, quæ iuramento derogat, penitus

6. Quæst. 1.  
Et illi qui.

non est in aliquo deferendum: sed statim erit in eandem reducendus sententiam, quæ, donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse suo fuerit executus, debet firmiter obseruari.

## CAP. XXI.

*Idem Eboracensi archiepiscopo, & Couentrensi episcopo.*

Ex parte N. capellani nobis innotuit, quod cum ad te frater \* Couetren. episcopi, literas impetrasset, vt ei archidiaconatum, quem in ecclesia primo vacare contigerit, assignares, R. aduersarius eius alias a te frater Eboracensis literas, sicut dicitur, impetrauit, nulla de prioribus habita mentione: vt si auunculus eius archidiaconatum, quem habebat in iam dicta ecclesia, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur si memores fuisset, nos præfato N. literas nostras sicut prædiximus, direxisset, pro aduersario eius nullatenus scripsisset, nolentes literas nostras, quas pro eodem N. misimus, occasione aliqua effectu carere: fraternitati tuæ, &c. quatenus præscriptum episcopum admoneas, vt præfato N. archidiaconatum ecclesiæ suæ, si vacet, iuxta promissum suum assignet, non obstantibus literis, quæ ab aduersario eius postmodum fuerint, tacita veritate, impetratæ.

## CAP. XXII.

*Idem Lucius tertius Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Relatum est ex parte vestra, quod licet in commissionibus a sanctæ recordationis Alexandro papa tertio prædecessore nostro factis, fuerit appellationis remedium amotum: altera tamen partium, siue lis fuerit contestata, siue non, exspirasse mandatum morte mandatoris allegat; ideoque negotiis omnibus postpositis, in suspenso mandatum apostolicum expectatis. Nos igitur consultationibus vestris præsentium auctoritate respondemus, quod si lis contestata fuerit ante obitum prædecessoris nostri, mandatum in morte mandatoris nullatenus exspirauit. Si vero ante litem contestatam decessit, non est in eo casu iudicibus quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum, etiamsi ab eis minime fuerit appellatum. Po-

ANNO  
CHRISTI  
1179

terit ergo in eo casu, appellatione cessante, procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per conquestionem & responsonem partium contestata. Vbi autem mors mandatoris, lite contestata, præcessit, penitus subsistatur, siue fuerit, siue non fuerit appellationis obstaculum interiectum.

DE TESTIBVS COGENDIS Pars VIII.  
VEL NON.

CAP. I.

*Idem Alexander.*

**C**VM super causa quæ vertitur inter venerabiles fratres nostros Prænestinum episcopum, & dilectum filium nostrum abbatem, sit testimonium vestrum necessarium, & veritati contingat: præsentium auctoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proximæ hebdomadæ perhibitori testimonium veritati, omni occasione & excusatione cessante, vos apostolico conspectui præsentetis. Si vero tunc non veneritis, sciatis ab officio & beneficio apostolica auctoritate vos suspensos: & si non sic veneritis, excommunicationis sententiam poteritis formidare.

CAP. II.

*Idem Capuano episcopo, & abbati sanctæ Lucie, & priori sanctæ Crucis.*

Causam quæ inter N. & O. monachos super electione de utroque facta in monasterio diutius est agitata, experientia vestræ committimus audiendam, & appellatione remota, sine debito terminandam. Ideoque dilectioni vestræ, &c. quatenus partes ante præsentiam vestram conuocetis, & susceptis attestacionibus vtriusque partis, quæ ab aliis iudicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, nisi attestaciones ipsæ sint publicatæ, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, causam ipsam, sublato appellationis remedio, sine debito terminetis.

Post publicationem attestacionum, producendi locum non esse.

## CAP. III.

*Idem R. Cantuariensi archiepiscopo, & R. VVigornien-  
niensi episcopo.*

14. Quæst.  
2. Super  
pru.

Cum nuntius canonicorum de Plinteim, & nuntius Ioelis militis, &c. & *infra*: Præterea non lateat prudentiam vestram, quod prædicti canonici non sunt a ferendo testimonio super proprio negotio ecclesiæ suæ repellendi, nisi alia rationabilis causa impediatur.

CAP. IV. *Idem Tarraconensi archiepiscopo.*

Quid si ante damnati, post restituti: vel nõ dånati perfecte penitentes?

Super eo quod quæsiuisti a nobis, vtrum testes illi sint reprobandi in causa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur, tuæ prudentiæ respondemus: quod si etiam aut non sunt conuicti, aut confessi de criminalibus illis, dummodo inde \* communicantur, non debent admitti. \* comunicantur.

CAP. V. *Idem VVigornien-  
niensi episcopo.*

Scripta vero authentica, si testes inscripti decesserint, nisi forte per manum publicam fuerint facta, ita quod publica appareant, aut sigillum authenticum habuerint, per quod possint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

## CAP. VI.

*Idem VVintonien-  
niensi episcopo, in capite, Suggestum.*

Porro si quis crimen obiicit testi qui contra ipsum producit, vt eum in ciuilibus causis repellere possit, eodem modo \* afferendo testimonium audiendus est, etsi crimen ciuilitate probare poterit, ad testimonium contra ipsum ferendum non est aliquatenus audiendus, sed propter hoc non debet puniri; quemlibet autem ad perhibendum testimonium veritati, Romana ecclesia minime cogere consuevit.

CAP. VII. *Idem Bononien-  
niensi episcopo.*

Super eo quod certificari desideras, an si aliquis de aliquo facto manifesto ante iudicem conueniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi sint ad ferendum testimonium ve-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

ritati: prudentia tua volumus innotescere, quod si factum est manifestum, non eget testium depositionibus declarari: cum manifesta, sicut tua non ignorat discretio, probationem vel ordinem iudicarium non requirant. Vnde si manifestum non est, & is qui conuenitur, factum negauit, testes qui interfuerunt facto, ex consuetudine Romanae ecclesiae monendi sunt, non cogendi, ad testimonium ferendum veritati: nisi forte timore aduersae partis constaret iudicia ferendo testimonio reuocari, licet de rigore humani iuris ad hoc forte possint compelli. Si vero presbyter vel clericus alius aliquem laicum de rebus suis vel ecclesiae impetierit, & laicus res ipsas non esse ecclesiae vel presbyteri, aut clerici, qui eum exinde impetit, sed suas proprias asseuerat, laicus ipse debet de rigore iuris super hoc ad forense iudicium trahi, cum actor semper forum rei sequatur, licet in pluribus partibus aliter de consuetudine fiat.

l. q. i. Manifesta.

In quo casu testes cogendi.

CAP. VIII.

*Idem Salernitano archiepiscopo. Pars capituli, Licet pater.*

De cetero laicos in accusationem vel testimonium contra clericum in criminali causa non esse aliquatenus admitte-  
ndos, censura sacrorum Canonum manifestius edocet: nisi forte suam vel suorum iniuriam persequantur, nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem epistola.*

In causis ecclesiasticis vel ciuilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solennitate, quae in legibus inuenitur expressa: & super dictis testium, cum fuerint publicata, potest publice disputari.

CAP. X.

*Idem praeposito & canonicis Eburdinensis ecclesiae.*

Cum tu fili praeposite, cum quibusdam canonicis tuis, & frater noster venerabilis archiepiscopus pro causa quae inter vos & ipsum vertebatur, in nostra essetis praesentia constituti, archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset, & postulante sententiam suam

confirmari: e contra proposuisti, quod post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, & ob hoc duxisti nullius momenti fuisse: adiecisti etiam tam tu, quam altera pars, quod testes fuerunt hinc inde producti, & attestaciones eorum receptæ. Nos autem auditis & cognitis rationibus & allegationibus vtriusque partis, & attestacionibus inspectis diligenter, cum constaret vestros testes iurasse, quod post appellationem sententia in vos lata fuisset: & testes archiepiscopi iuramento confirmassent, quod ante appellationem sententiam in vos tulerit: dicta testium benigne interpretari, ac providere volentes ne de periurii reatu notentur: quia vtrumque verum esse potuit, quod post primam appellationem & ante secundam sententia lata fuerit: de communi consilio fratrum, eandem sententiam denuntiamus & decernimus non tenere. Vt autem hic nostræ diffinitionis, &c.

Testium dicta quomodo interpretanda.

CAP. XI. *Idem Rothomagensi archiepiscopo.*

Transmissæ nobis literæ tuæ continebant, quod cum Nicolaus Sagantinus vsque ad iuuentutem puerum quemdam nutriuisset, vxore sua nondum matrimonio desponsata cum eo cohabitante, postmodum ipsam, sicut creditur, legitime desponsauit, & de ipsa filios sustulit. Quibus paternam hereditatem petentibus, prædictus iuuenis contradicit, dicens se filium & heredem, quamuis a vicinia, quæ ipsum filium eorum credebant, spurius diceretur. Prædictus vero Nicolaus & vxor eius Mathildis, præfatum iuuenem spurium suum aut legitimum filium omnino negabant, sed dicebant quod pietatis intuitu eum nutriuissent. Cum autem quæstio coram te mota est, & prædictus iuuenis pro eo quod iuri stare nolebat, vinculo excommunicationis sit adstrictus, quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super quo ita consultationi tuæ taliter respondemus, quod in tali casu standum est verbo viri & mulieris, nisi certis indiciis & testibus prædictum iuuenem tibi constiterit eorum esse filium.

In causa filiationis cōtra communem viciniam opinionem, viri & mulieris verbo standum.

CAP. XII. *Idem Placentino episcopo.*

Fraternitatis tuæ literis nos consuluisti, vtrum noui testes super quæstione iudicata, in qua testibus renuntia-

tum



ANNO  
CHRISTI  
1179.

tum fore ex vtraque parte constat, sint recipiendi: & vtrum testibus in prima causa receptis, præter causam appellationis liceat aliquid noui proponere super quaestionibus iudicatis. Licet igitur nobis ex his non plene innotuerit, vtrum testes super eisdem vel nouis capitulis a partibus desiderantur induci; quia tamen iurisprudentium copiam non habebant, nos super hoc consulere voluisti: hoc tibi duximus respondendum, quod si in prædicta causa contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit novos testes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, eos credimus super nouis dumtaxat capitulis fraternitatem tuam posse recipere, receptis prius ab ipsis secundum formam recipiendorum testium iuramentis.

CAP. XIII.

*Idem\* Exoniensi episcopo & abbati sancti Albani.*

Innotuit nobis R. quod VV. clericus capellanum eius & alios quamplures de testibus suis iuramento adstrinxit, quod nec testimonium vel consilium vel auxilium eidem R. contra ipsum præberent. Ideo publica auctoritate vobis iniungimus, vt si testimonium illorum publicatum non est, & non est abrenuntiatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti, & alios, si necesse fuerit, idoneos, quos ipse in testimonium produxerit, recipere non postponatis.

Casus vbi aliquis contra iuramentum suum licite venire possit.

CAP. XIV. *Idem decano Cicestrensi.*

Literas \* Exoniensis episcopi suscepimus, continentes quod cum VV. clericus ad præsentiam VVilhelmi nobilis viri accessisset, orans & supplicans, vt eum in personam eiusdem ecclesie admitteret, quidam clericus E. nomine, in eadem inuentus est ministrare, dicens se a bonæ memoriæ R. prædecessore suo legitime institutum. VV. vero obiiciebat, etiamsi facta fuit institutio, prædictum E. non posse inniti, quia capellano domini personatum renuntiavit, & sub annua pensione ab illo tamquam a persona vicariam recepit, & sic post obitum illius ecclesiam vacare asseueravit. Sed quia verisimilitudinem non habet, quod prædictus E. personatum ecclesie prælibatæ capellano

Concil. Tom. 27.

Aaaa

prænominati R. cesserit, & ab eo ipsius ecclesiæ vicariam acceperit, præuideas attentius, vt memorati VV. super hoc probationem recipias, nisi hoc communis fama loci habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile sit quod non debeant deierare: Quoniam sæpe contingit, quod testes corrupti precio facile inueniantur ad falsum testimonium proferendum.

## CAP. XV.

*Idem abbati & fratribus monasterii sancti Michaelis de \* Matura.*

Causam quæ vertitur inter vos & dilectos filios nostros, plebanum & clericos plebis sanctæ Mariæ de \* Matura, iam pridem filiis n. \* Volterrano archiepiscopo & abbati de Spongia commisimus, appellatione remota, sine debito terminandam. Cumque vtraque pars propter hoc in eorum præsentia esset constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab vtraque parte renuntiatum, & attestationses vtriusque partis publicatæ, quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium protulistis, asserentes vos quædam alia munimenta a nobis impetrasse, quarum rationes prædictæ plebis obscurare & impedire videntur, quod causa ipsa nondum potuit terminari. Quia vero sollicitudini nostræ incumbit, vtrique ecclesiæ iura sua conseruare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere, iudicibus ipsis præcipiendo mandamus, vt partes ante suam præsentiam conuocent, & super aliis capitulis, si qua alia sint, ab his super quibus testes sunt recepti, & eorum attestationses publicatæ, rationes diligenter hinc inde audiant, & testes, si qui idonei fuerint, recipiant, & in illis capitulis nuper per nuntios vestros a nobis impetratis, quæ continentur in priuilegio nostro, vel in aliis literis quas vobis indulsumus, postquam causam ipsam eisdem commisimus, prædictæ causæ impedimentum præstantibus, concordia vel iustitia mediante, decident. Et quia venerabilis frater noster Florentinus episcopus per suas literas nobis intimauit, quædam capitula priuilegio nostro, quod monasterio vestro nuper indulsumus, esse inserta, quæ obuia rationi videntur: per præsentia scripta vobis præcipimus, mandantes, quatenus

ANNO  
CHRISTI  
1179.

privilegium illud, sicut gratiam sancti Petri & nostram  
caram habetis, cum nuntio vestro, qui ad nos secure cum  
eodem veniat, dilatione & occasione cessante nobis re-  
mittatis.

CAP. XVI. *Idem\* Exoniensi & Vuigornienfi episcopis.*

Testes, quos R. clericos vel laicos vobis nominaverit, Aliquos ad  
testimoniū  
compellen-  
dos.  
moneatis, & si opus fuerit, auctoritate apostolica compellatis ad perhibendum testimonium veritati.

CAP. XVII. *Eugenius tertius.*

Quoties aliqui separantur propter cognationem pro-  
pinqunitatis, vel consanguinitatis, tribus testibus adhibi-  
tis affirmari debet, qui de eadem consanguinitate super-  
sunt: vel a duobus, vel tribus testibus senioribus & melio-  
ribus eiusdem loci probari debet. Probatio autem testium  
debet fieri duplici iuramento. Testes enim debent iurare, Duplex iu-  
ramentum  
testium.  
se neque priuato odio vel amicitia, neque pro auro, neque  
pro aliquo commercio quod habuerint, vel habituri sint,  
ad hoc iuramentum esse inductos. Postea debent iurare,  
sicut ipsi dicunt, sic se rei veritatem accepisse a maioribus  
suis, & ita esse.

CAP. XVIII.

*Idem priori & fratribus sanctæ Trinitatis Londensis.*

Insuper etiam auctoritate nostra statuimus, vt liceat vo-  
bis in causis ecclesiæ vestræ testimonium ferre, dummodo In causa  
propria re-  
ligiosos ad  
testimoniū  
admitti.  
vnus vel duo ex vobis ad agendum & respondendum insti-  
tuantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores  
vel responsales sunt instituti, debet admitti.

CAP. XIX.

*Idem\* Exoniensi & Vuigornienfi episcopis.*

Ad hoc quod præfati clerici scripta authentica non ha-  
bent, quibus muniri possint, præsentium vobis significa-  
tione mandamus, vt omnes illos clericos, siue laicos, quos  
isti clerici nominauerunt, moneatis, vt rei veritatem &  
quæ super ipsa causâ nouerunt, coram vobis aperiant: non  
etiam gratia vel timore alicuius, vel odio, in suæ salutis pe-  
riculum reticere præsumant.

*Concil. Tom. 27.*

Aaaa ij

## CAP. XX.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & Cistrensi episcopo.*De testibus  
senio con-  
fectis.

Retulit nobis A. presbyter, quod cum nimia paupertate laboraret, & quidam ex eis qui pro eo testimonium ferre deberent, super causâ quæ vertitur inter eum & aduersarios suos de ecclesia de \* Bertonenſis senio fuerint & ætate confecti, & a vestris partibus valde remoti, eos vestro conspectui præsentare non potest. Quia igitur sollicitudini nostræ incumbit, litibus & contentionibus finem imponere, & vnicique iura sua integra & illibata seruare: præsentibus mandamus, quatenus, si ita est, aliquos prudentes viros & honestos, de quibus plenius confidatis, ad partes illas, vbi est ecclesia super qua controuersia vertitur, mittatis, qui testes idoneos ab vtraque parte productos, appellatione remota, suscipiant: & eorum depositiones diligenter conscriptas vobis reportantes, sub sigillis vestris clausas, vt secundum tenorem earundem attestatum causam terminare possitis.

CAP. XXI. *Item Lucius tertius.*

Constitutus in præsentia nostra P. diaconus de Buchan, nobis sua assertionem monstravit, &c. *Infra.* Præterea illud nobis non modicam admirationem adducit, quod purgationem oblatam accipere noluiſti, nisi prius commendafses nomina singulorum, qui iam dictum P. purgare volebant, & de maioribus & ceteris prius inquireret diligenter, tamquam esses ordinationes facturus. Vtinam sic discuteres ordinandos. Sane in purgationibus faciendis cum satis sit, vt illi qui pro purgando exhibent iuramentum, si secundum propriam conscientiam & opinionem iurauerint, quod purgandus, sit a crimine immunis, & bonum exhibuit iuramentum: si purgatores ab ecclesia tolerantur, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, procul dubio sunt absque vlla indagine admittendi.

## CAP. XXII.

*Idem Herefordensi episcopo, & abbati de Forde.*

Ex parte A. clerici ad nos est querela perlata, quod

ANNO  
CXXXII  
1179

ANNO  
CHRISTI  
1179.

cum ipse ecclesiam de \* Calumprum canonice fuisset adeptus, & eam viginti quinque annis & amplius possedisset, mulier quædam H. nomine, ipsum exinde grauibus molestiis & iniuriis laceffiuit, & tandem tacito quod laicus erat, ad \* Tofensem episcopum & abbatem de Feruerfham literas nostras apporauit: quod si prædictus A. filius esset illius qui proximo in eadem ecclesia ministrauit, & iure hereditario eam teneret, vel quod publice fornicariam haberet, a prædicta ecclesia profus amoueretur. Tandem vero cum idem miles per interpositam personam præfatam A. presbyterum coram prædictis iudicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames & notabiles produxisse dicitur ad testimonium perhibendum, quod videlicet memoratus presbyter, filius illius sacerdotis fuisset, qui proximo in ecclesia ipsa ministrauerat. Licet etiam prædictus A. presbyter assereret illos testes non esse recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones & raptores erant manifesti, quidam vero in alia causa fuerant conuicti de periurio: & se constanter diceret, hoc probaturum, nihilo minus tamen præfati iudices talibus testibus partis aduersæ receptis, eidem presbytero, etiam post appellationem, quam se super hoc interposuisse proponit, reo absente, præscriptam adiudicauerunt ecclesiam, quam nunc præfati militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis satis plene confidimus, causam ipsam discretioni vestræ duximus committendam, præsentium auctoritate vobis præcipiendo mandantes, quatenus partibus ante vos conuocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis: & si vobis constiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per testes idoneos præscripta ecclesia spoliatus, eorundem iudicum sententia, literis etiam confirmationis, si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ, non obstantibus, ecclesiam illam prænominato A. presbytero, contradictione & appellatione cessante, restituatis, ipsumque de cetero non permittatis exinde a supradicto milite vel ab eo qui ipsam ecclesiam tenet, molestari. Si vero res aliter se habet, nihilo minus causam audiatis, & sine debito terminetis. Testes autem si quos idem A. in suæ assertionis testimonium inuocauerit, vt coram vobis super his testimonium perhibeant veritati, monere

Fornicarios  
ecclesiasti-  
co benefi-  
cio spolian-  
dos.

curetis, & diligenter inducere diuino intuitu & amore iustitiæ, vt coram vobis testimonium perhibeant veritati, nec quidquam exinde in suæ salutis periculum reticere præsumant.

CAP. XXIII. *Idem B. \* Exoniensi episcopo.*

Peruenit ad audientiam nostram, quod Hugo de Kalega & M. vxor eius, in tali sunt linea consanguinitatis coniuncti, quod nullo modo possunt legitime in simul commorari. Vnde quoniam ad hoc magna est discretio adhibenda, fraternitati tuæ, &c. quatenus si aliqui apparuerint, qui possint & velint ipsum matrimonium legitime \*impugnare, vtraque parte ante præsentiam tuam conuocata, quanto tempore cohabitauerint, diligenter ac studiose perquiras, & vtrum tempore quo coniuncti fuerint, accusatores siluerint, & eos coniungi debere cognouerint, sollicitè inuestiges. Quod si illos tempore coniunctionis hoc sciuisse & siluisse constiterit, de cetero graue esset eos audiri. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum copulatos, coniunctos relinquere, quam coniunctos quoslibet legitime, contra statuta Domini separare. Si vero matrimonium ipsum recenter est contractum, vel notitiam eius tempore contractus ad accusatores non peruenisse constiterit, fama viciniæ & personarum sollicitè perscrutata causam audias, & eam sine canonico studeas terminare.

Non admit-  
tendos ad  
accusatio-  
nem matri-  
monii, qui  
tempore  
contracti  
consanguini-  
tatis scientes  
siluerunt.

\* impo-  
bare.

PARS IX.

DE SECUNDIS NVPTIIS.

CAP. I. *Vigilensi episcopo.*

**V**IR autem vel mulier ad bigamiam transiens non debet a presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio non debet iterari.

CAP. II.

*Idem Exoniensi episcopo; Pars capituli, In literis.*

Super illa vero quæstione, qua quæsitum est, an scilicet mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges diffinitum, sollicitudini tuæ respondemus, quod cum Apostolus dicat: *Mulier mortuo viro soluta est a le-*

Rom. 7.

ANNO CHRISTI 1179. \* 600  
*ge viri, & in Domino nubat\* cui voluerit; per sententiam & auctoritatem Apostoli infamia aboletur.*

## DE APPELLATIONIBVS. PAR. X.

## CAP. I.

*Alexander III. \* Exoniensi episcopo & decano Lincolnensi.*

**D**ILECTI filii nostri prior & canonici de \* Gisebuir, grauem admodum & difficilem nobis querimoniam transmiserunt, quod venerabilis frater noster R. Eboracensis archiepiscopus apostolicæ sedis legatus, eundem priorem post appellationem ad nos factam suspendit, & ecclesias suas interdixit, & canonicos, si eidem tamquam priori obedirent, tamquam excommunicatos denuntiavit. *Et infra:* Super quibus autem omnibus rei veritatem per idoneas personas & famam loci solícite inquiratis, & si ita esse inueneritis, ecclesiarum concessiones taliter factas, nisi prior & canonici malitiose distulerint eas, quantum ad se pertinent, ordinare, nullius appellatione obstante, auctoritate nostra reuocetis in irritum: & priori & canonicis ecclesias ipsas restitui facientes, tam vicarios, quam iuratos eorundem canonicorum, iuramentum præstitum seruare cogatis, nisi fuerit a priore inique extortum. *Et infra:* Prouisuri attentius, ne ita subtiliter, sicut a multis fieri solet, cuiusmodi actio intendatur inquiratis: sed simpliciter & pure factum ipsum & rei veritatem, secundum formam Canonum & statuta sanctorum patrum, inuestigetis.

CAP. II. *Idem Rhemensis archiepiscopo.*

Super eo quod abbas sancti Apollinaris in claustro a te appellans, imposuit generalem super omnem causam, quæ aliquo tempore aduersus eum posset moueri, ipsum exinde redarguimus, nec huiusmodi appellationem ducimus admittendam.

CAP. III. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Quod vero quæsiuisti, an debeat appellationi deferri, ubi sub eius prætextu noscatur adulterium vel aliud crimen committendum, consultationi tuæ taliter responde-

mus, quod ubi notorium est crimen vel adulterium, si appellationi deferretur, deferri non debet. Nolumus enim incestus vel adulterii matrimonia aliquibus ministrare.

C A P. IV. *Idem abbati sancti Petri de \* Diua.*

Ad nostram audientiam noueris peruenisse, quod si quando subditos tuos vis pro suis excessibus, secundum regulam sancti Benedicti & institutionem tui ordinis, corrigere & castigare: ipsi, ut liberior malitiam suam exercere valeant, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero appellationis remedium non ideo fuit inuentum, ut alicui a religionis & ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua malitia patrocinium exhibere, discretioni tuae taliter, &c. quatenus si quando quilibet subditorum tuorum, ne ipsum pro suis excessibus corrigas & castiges, ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in scripta regula continetur, & institutionem ordinis tui corrigas.

C A P. V. *Idem Norwicensi episcopo.*

Personas ecclesiarum in tua dioecesi consistentium, ita tuis & dominorum fundi authenticis scriptis pramunias, ut cum aliquem istorum decedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius, seu alius quilibet, personatum ecclesiae vacantis viro idoneo conferendi tibi viam pracludere aliqua calliditate non possit. Quod si aliquis talium frustratoriae dilationis causa ad audientiam nostram appellauerit, & appellationi suae prolixum terminum praefixerit: tu ei terminum, infra quem possit sedem apostolicam conuenienter adire, assignes: & si ad illam venire contempserit, tu illum extunc iudicio tuo super his quae in quaestione vertuntur, sine contradictione aliqua stare, omni excusatione & appellatione cessante, districte compellas. Si autem quisquam appellationi suae congruentem terminum praefigat, nec tamen causam ad diem appellationis fuerit prosecutus, ipsum nihilo minus extunc sententiae tuae, sicut de alia diximus, appellatione remota, parere constringas. Verum si coram te vel alio quolibet huiusmodi negotia ventilentur, nolumus ut morbo confimili laborantes, si certum sit, aut legitime possint conuinci su-

Morbo confimili laborantes cum reo, non admitti in testimonium pro eo.



ANNO CHRIJTI 1179. ci super his, si ab alterutra parte adducti fuerint, in testimonium recipiantur.

C A P. VI. *Idem H. Rhemensis archiepiscopo.*

Cum sit Romana ecclesia caput & magistra omnium ecclesiarum, disponente Domino, constituta, & ad eandem consultationes & quaestiones de diuersis mundi partibus referantur, quod eam super variis quaestionibus consulis, gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est quod fraternitati tuae taliter respondentes, praesenti scripto duximus respondendum: Si frustratoria dilationis causa vel etiam necessario ante sententiam vel postea fuerit appellatum, huiusmodi appellationibus annus indulgetur: aut si necessaria & euidens necessitas apparuerit, indulgetur biennium: nisi forte iudex, a quo appellatum fuerit, secundum locorum & prouinciarum distantiam & qualitatem temporis, recisus tempus fuerit moderatus, infra quod si is qui appellauerit, causam appellationis non fuerit prosecutus, sententia tenebit, si post sententiam appellauerit; & a causa sua cecidisse videtur: nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si vero a grauamine & ante litis ingressum fuerit appellatum, huiusmodi audietur appellans, quoniam sacri Canoness passim appellare permittunt. Si vero ante sententiam appellauit, cogetur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. Si autem in agro vel alias ante causa ingressum fuerit appellatum, non solent dici huiusmodi appellationes, sed ad causam prouocationes. Praeterea si raptor sit vel alias violentus detentor alienae rei is qui appellat, huiusmodi appellatio in iudicio facta apud ecclesiasticas personas solet audiri, nisi manifestissimus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absentem & non requisitum <sup>1. Cor. 5.</sup> Apostolus excommunicauit.

Frustratoriam tenere appellationem.

C A P. VII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si duobus coram non suo iudice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui iudicis audientiam appellauerit, & ille qui ad suum iudicem appellauerit, ad diem appellationis veniens, appellasse se ad eum proponit, eo tacito, quod aduersarius eius ad audientiam Romani pontificis

Concil. Tom. 27.

Bbbb

appellasset, si legitime citatus non venerit, nec aliquem mi-  
sit responsalem, aut etiam alias parere contemnit, & in  
eum excommunicationis sententiam tulerit: tenebit ex-  
communicationis sententia in eum pro contumacia pro-  
mulgata, nisi agnouerit eum iudex ad audientiam no-  
stram appellasse. Denique in fine quaestionum tuarum  
quaris, si a ciuili iudice ante iudicium vel post ad no-  
stram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi ap-  
pellatio teneat. Tenet quidem in his, qui vestrae sunt epi-  
scopali iurisdictioni subiecti: in aliis vero etsi de consue-  
tudine ecclesiae teneat, secundum rigorem iuris tenere  
non credimus.

Tenete ex-  
communi-  
cationem  
post appel-  
latione iu-  
ste interpo-  
sitam.

Anno  
CXXXII  
1179.

C A P. VIII. *Idem Vuigornienſi episcopo.*

Ceterum cum aliquam causam contigerit tibi, appel-  
latione remota, fuisse commissam, & aduersa pars post  
factam citationem iter arripuerit ad sedem apostolicam  
veniendi, nihilo minus poteris in negotii cognitione se-  
cundum iuris formam procedere; quod vtique si ante ci-  
tationem factam iter arripuerit, non est aliquatenus pro-  
cedendum.

C A P. IX. *Idem Vuigornienſi episcopo.*

Super eo quod a nobis tua sollicitudo requisit, vtrum  
sententia pro appellatione, quam ex incidenti quaestione  
fieri saepe contigerit, fuerit suspendenda, licet causa fue-  
rit, appellatione remota, commissam: prudentiae tuae duxi-  
mus respondendum; quod si de aliqua exceptione sub-  
oriatur quaestio, & exinde appellationem fieri contingat,  
eidem exceptioni erit merito superfedendum: & si princi-  
palis causa sine illa terminari non poterit, ei nihilo minus  
superfedatur. Si autem aduersa pars de falsi suggestionem  
in appellationem proruperit, non est sententia propter  
hoc differenda, si in literis commissionis appellationis ob-  
staculum inhibeat.

Incidens  
principali  
praeiudicat.

C A P. X. *Idem eidem in eadem.*

De appellationibus quae in causis minimis fiunt, tuam  
volumus cognitionem tenere, quod eis, pro qualicum-  
que leui causa fiant, non minus in illis, quam pro maiori-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

bus ad deferendum. Verum si appellantes suam contem-  
pserint appellationem, tu ipsos aut appellationem profe-  
qui, vel iudicio tuo stare, appellatione remota, districte  
compellas.

CAP. XI. *Idem Senonum archiepiscopo.*

Sicut Romana ecclesia omnium ecclesiarum, dispo-  
nente Domino, mater est, ita etiam nos, qui eidem eccle-  
sia, licet immeriti, supernae dispositionis prouidentia praes-  
sidemus, & prout Dominus nobis ministrauerit, consulta-  
tionibus singulorum cogimur respondere, & quae viden-  
tur dubia, apostolicae circumspeditionis prouidentia decla-  
rare. Sane quaesitum est a nobis ex parte tua, vtrum si ali-  
qua causa inter aliquos delegatis iudicibus, appellatione  
remota, committitur, & altera pars literis apostolicae pro-  
tectionis munita, quibus est ei generaliter indultum, vt  
libere sibi liceat appellare, si in vocem appellationis pro-  
ruperit, eius sit in eadem causa appellationi deferendum.  
Hoc ergo praesentibus literis inquisitioni tuae responde-  
mus, quod eius in hac parte appellationi non est aliquate-  
nus deferendum, postquam est iudicibus, appellatione  
remota, causa commissa, quia speciale mandatum dero-  
gat generali.

Speciale  
mandatum  
derogat ge-  
nerali.CAP. XII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Super eo quod interdum iudices delegati ab altera par-  
tium tamquam suspecti recusantur, hoc tuae prudentiae  
praesentibus literis innotescat, quod cum sacri Canones an-  
te & post litis decisionem, & in prolatione sententiae, &  
post sententiam singulis appellandi facultatem tribuunt,  
non admittunt aliud remedium praeter solam appellatio-  
nem, nisi in casu ante sententiam non admittunt. Verum  
in causis ecclesiasticis, vbi appellationis remedium tollitur,  
vtrumque remedium denegatur: & ita sicut appellationi,  
ita recusationi non est aliquatenus deferendum. Si autem  
infra certum temporis spatium aliquibus committitur lis  
decidenda, itaque contineatur in literis, causam post susce-  
ptionem literarum infra certum terminum terminari de-  
bere, extunc terminus incipit, cum eos quibus literae dele-  
gantur, easdem contigerit literas accepisse.

Sublata ap-  
pellatione,  
tollitur recusa-  
tionem.

Concil. Tom. 27.

Bbbb ij

CAP. XIII. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Peruenit ad nos, quod cum presbyteri vel alii se con-  
querantur ab aliquibus vulneratos, vel aliter grauiter læ-  
sos & ad probandum quod assumunt, plerumque testes  
producent, hi qui impetuntur, ad apostolicam sedem  
appellant: sed appellationem interpositam prosequi, vel  
confortium hominum deuotare contemnunt. Vnde quia  
quid faciendum sit, literis nostris certiorari desideras,  
fraternitati tuæ, &c. quatenus illos qui pro tali causa ap-  
pellant, si eorum excessus publicus & notorius non sit,  
contradictione & appellatione cessante, ecclesiastica cen-  
sura compellas, vt infra conueniens tempus ipsam appel-  
lationem interpositam prosequantur. Si vero excessus pu-  
blicus sit & notorius, appellationis obtentu, si quam ad  
iniquitatem suam fouendam interposuerant, nullatenus  
prætermittas, quin eos excommunicatos denunties, sicut  
ex ipsa iniectioe manuum in clericum, excommunica-  
tionis sententiam incurrerunt, & ipsos sicut excommu-  
nicatos cautius facias euitari, donec passis iniuriam sa-  
tisfaciant, & cum literis tuis apostolico conspectui fere-  
præsentent.

CAP. XIV. *Idem archiepiscopo Toletano.*

In crimini-  
bus notoriis  
non est de-  
ferendum  
appellatio-  
ni.

Consuluit nos tua fraternitas, vtrum deferendum sit  
appellationibus, quæ super manifestis criminibus interpo-  
nuntur, aut eorum appellationibus qui frustratoriam dila-  
tionis causam appellant, nec appellationem prosequuntur.  
Super quo vtique consultationi tuæ taliter respondemus,  
quod si quando aliqui, quos manifestum sit ac notorium,  
uxorem alterius detinere, aut manus violentas iniecisse in  
clericum, appellant, nec appellationem prosequuntur,  
eorum appellationi non est aliquatenus deferendum. Sed  
cum multa dicantur notoria, quæ non sunt, prouidere de-  
bes, ne quod dubium est pro notorio videaris habere. Il-  
los autem qui appellant a præsentia tua, cogere debes in-  
fra tempus conueniens appellationem interpositam pro-  
sequi, aut iudicio tuo appellatione cessante parere.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. XV.

*Idem Rhemensis archiepiscopo. Pars capituli,  
Cum sit Romana.*

Si in vna causa aliquis appellauerit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius commisisse dicatur, vel modo etiam accusetur vel conueniatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam iudicis, a quo etiam in alio negotio appellauerit, tum potest si voluerit tamquam suspectum vitare. Alioquin debet iudicio stare illius, a quo appellatum est, maxime si iudex suus ordinarius existat.

## CAP. XVI.

Consuluit nos fraternitas tua, vtrum recusationes admittere debeas in causis, quas absque remedio appellationis tibi committimus terminandas: Super quo discretioni tuæ taliter respondemus, quod licet sacre leges tale remedium admittant, cum censuræ sacrorum Canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cum licitum sit secundum statuta Canonum ante litis contestationem, & in ipsa litis contestatione, & post decisionem causæ, ad appellationis remedium conuolare. Ideoque remedium recusationis non debes admittere, si quando causas aliquas tibi commisimus, appellatione remota, terminandas. Verumtamen cognitioni causæ, quæ vertitur inter B. & nepotem Baldevvini, volumus in præsentem vt superfedees, quia vtraque pars conspectui nostro se præsentauit.

## CAP. XVII.

*Idem\* Exoniensi episcopo. Pars capituli, Significasti;  
supra de potestate iudicum.*

Appellationi, si qua super aliquo casu ab alterutra partium fuerit interposita, nisi appelletur ab ipso, cui causa sit, appellatione remota, commissa, cum debita est deuotione deferendum.

## CAP. XVIII.

*Idem Lucius III. Vu. Lincolnienſi episcopo.*

Postremo præsentibus literis fraternitati tuæ intima-  
Bbbb iij

mus, quod si aliqua causa alicui fuerit delegata, qui consanguineus illius sit, qui literas impetrauit, aut in eodem negotio aduocati officio functus, aut ex alia quacumque causa suspectus, huiusmodi delegatus potest non immerito recusari, quamuis appellatione remota fuerit negotium delegatum.

CAP. XIX. *Alexander III. Dunelmensi episcopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod cum oppressi & grauati ad praesidium sedis apostolicae recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, aduersarii eorum, appellationem interpositam cognoscentes, nec ad praesentiam nostram accedunt, nec pro se responsalem transmittunt. Cum autem praesenserint eos redisse & literas nostras reportasse, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos veniendi arripiunt, ut sic eorum sollicitudinem, a quibus impetuntur, eludant. Verum quoniam nemini debet fraus sua patrocinari, & falce apostolici moderaminis sunt refecanda, quae in se vitium calliditatis & fraudis continere noscuntur: & nos super hoc consulenti tibi respondemus, quod si quis deprehensus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, eius appellationi non deferas, neque ob id causam tibi commissam sine congruo terminare postponas: quia decretalem epistolam, qua tales videntur muniri, non ad deprimendam cuiusquam iustitiam, sed ad remouendum iniustum grauamen nos fecisse cognoscas.

CAP. XX.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis.*

Relatum est auribus nostris, quod quidam sint in provincia vestra, qui vxoribus propria auctoritate relictis, concubinis adhaerere non dubitant, & errorem suum ac temeritatem suam fouere ac tueri per appellationis obstaculum nituntur. Quoniam igitur officio nostrae sollicitudinis imminet prouidendum, ne appellationis obtentu in sua malitia perseverent: fraternitati vestrae, &c. quatenus si manifestum est, aliquos de provincia vestra vxores suas sine rationabili causa dimisisse, & aliis adhaeruisse, si commoniti vxores suas, concubinis abiectis, non receperint, propter appellationem, si quam ad errorem suum fouen-

ANNO CHRISTI 1179. dum interposuerunt, non prætermittatis, quin eos ad abiiciendas concubinas, & recipiendas vxores suas & maritali affectu tractandas, per excommunicationis sententiam compellatis.

## CAP. XXI.

*Idem Eboracensi archiepiscopo, & R. presbytero.*

Ad præsentiam nostram R. presbytero veniente, episcopo Tusculano & P. sanctæ Susannæ cardinali, tuam & ipsius causam commisimus audiendam: qui ob excommunicationem tuam, licet non esset excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum absolui. Quia vero quod a fratribus nostris noscitur in hac parte constitutum, nolimus aliqua ratione mutare: fraternitati vestræ, &c. quatenus prædictum presbyterum pro eo quod post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit, nullo modo attentetis inquietare, sed ad eum statum omni reductis appellatione cessante, in quo erant tempore appellationis ad sedem apostolicam factæ.

CAP. XXII. *Idem Carnotensi episcopo.*

Ex literis venerabilis fratris nostri Bathoniensis episcopi, & dilecti filii nostri V Vellenfis decani accepimus, quod cum causam, quæ inter Giclericum præsentium latorem, & abbatissam de Helenostoue, & H. clericum super quodam beneficio de ecclesia de V Vestonenfi suscepissent de mandato prædecessoris nostri I. felicitis memoriæ terminandam, de ipsa plenius cognouerint, sed pro decessu prædecessoris nostri eam reliquerunt, quamuis appellatione remota eis esset commissa, indecisam. Adiecit autem præfatus clericus, quod persona abbatissæ, vt sententiam impediret, & eum amplius pro sua voluntate grauaret, ad festum beati Petri proximo venturum, vocem appellationis emisit. Sed ipse ad festum inuentionis sanctæ Crucis proximo venturum, terminum coarctauit: infra quem nuntius abbatissæ clericum suum præueniens, ad dilectos filios nostros abbatem sancti Albani, & priorem de Denustaple, & archidiaconum Cicestrensem super iam dicta causa literas nostræ commissionis impetrauit. Quoniam igitur alienum est & ab ordine iuris, vt de dolo vel fraude quilibet com-

modum reportet : fraternitati tuæ , &c. quatenus literas quas nuntius abbatissæ ad prædictos iudices impetrauit , tibi facias exhiberi ; & ipsis inspectis , si eas infra terminum appellationi præfixum , sicut præfatus clericus asserit , obtentas fuisse cognoueris , eis non obstantibus , de prædicta causa cognoscas , & auditis quæ hinc inde proposita fuerint , & qualiter prædictus episcopus & decanus in ea processerunt , cognito , sublato appellationis remedio canonicum finem imponere non postponas : prouisurus , vt mandatum nostrum taliter exequaris , vt super causa ea , de qua toties scriptum est , vltius scribere non cogamur . Si quid autem eidem G. super beneficio ipso grauaminis irrogatum fuerit , postquam iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi , ante ingressum principalis causæ contradictione & appellatione cessante , prout rectum fuerit , eneruari .

CAP. XXIII. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum teneamur consultationibus singulorum , quantum Dominus ministraverit , respondere ; tanto grauius volumus tibi responsum impendere , quanto personam tuam abundantiori diligimus caritate . Quoniam igitur nos consulere voluisti , vtrum si eorum qui appellant ad audientiam nostram , possessio turbata fuerit , reformare debeas , eo prætermisso , de quo appellatio est interposita ; prudentiæ tuæ taliter respondemus : Si exinde ad te querela peruenerit , id ordine iudiciario tibi corrigere licebit .

CAP. XXIV.

*Idem vniuersis ecclesiæ Cantuariensis & eius suffraganeis.*

Significauit nobis frater noster R. Cantuariensis archiepiscopus , quod si quando vos appellatis ad audientiam nostram , vel archidiaconi vestri super aliquo certo negotio , episcopatus vel archidiaconatus vestros sub protectione apostolica ponitis ad annum , & infra : nec de præteritis commissis , nec de nouis excessibus vestris , nec de subditorum vestrorum delictis permittitis eum cognoscere , sed omnem iustitiam eius suspenditis , & protinus euacuatis . Quoniam igitur nobis prouidendum est , ne mala impunita sub appellationis obtentu remaneant , aut subditi vestri de suorum excessuum impunitate lætentur : fraternitati  
vestræ,



ANNO  
CHRISTI  
1179.

vestra, &c. quatenus si qui vestrum episcopatus aut archidiaconatus apostolicæ protectioni subiiciunt, & audientiam nostram appellant, propter hoc prædictum archiepiscopum nullatenus impedire tentetis, quo minus de causis & de excessibus subditorum vestrorum cognoscere valeat, & iuxta meritorum qualitatem eos animaduersione debita punire, aut etiam excessus vestros persequi, qui manifesti sunt & notorii: his dumtaxat exceptis, super quibus appellatio est interposita, possit digne corrigere, & quod iniuste actum est, ad rectitudinis tramitem reuocare.

2. quest. 6.  
Siquis ex  
pluribus.

CAP. XXV. *Idem Eboracensi episcopo.*

De priore qui non deferens nostræ protectioni & appellationi ad sedem apostolicam factæ, quemdam canonicum suum fecit vestibus omnibus ad camisiam spoliari, & eum accusationi & appellationi renuntiare coegit: qui de suis ac quorundam fratrum enormitatibus murmuravit: id tuæ sollicitudini duximus insinuandum, vt rei veritate diligenter inquisita, si inueneris quod pro euitanda disciplina prædictus canonicus appellauit, eidem priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniam sacrosancta Romana ecclesia huiusmodi appellationem non consuevit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum si præfatus canonicus priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem redderent, ad apostolicam sedem appellauit, & si ipse tali appellationi deferre noluerat, eum cum literis tuis rei veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturum, ad sedem apostolicam venire compellas, & eius in tali malitia complicibus talem pœnam infligas, quod ceteri audientes, similia non audeant perpetrare.

Pœna non  
deferentis  
appellatio-  
ni legitima.

CAP. XXVI.

*Idem\* Exoniensi episcopo & \* Cistrensi decano.*

Ad audientiam nostram peruenit, quod R. presbyter de Curket & VV. clericus de Cicestro, decimas de \* Beinosa, quas idem VV. multorum virorum testimonio probare dicitur, ad se & ad capellam suam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Vnde cum VV. propter hoc ad audientiam nostram appellasset, prædictus R. au-

Concil. Tom. 27.

Cccc

Pœna cleri-  
ci ad iudicē  
secularem  
in spiritali-  
bus appel-  
lantis.

toritate sedis apostolicæ contempta, ad audientiam domini regis appellavit. Verum quoniam nemini licet super rebus spiritualibus ad sæcularem iudicem appellare, si verum est quod prædictus R. enormiter & immoderate deliquit, nec delictum huiusmodi debet inultum aut impunitum relinqui: discretioni vestræ, &c. quatenus utramque partem ante præsentiam vestram conuocantes, rem sollicitè & diligenter inquiratis: & si ita esse inueneritis, præfatum R. ab omni ecclesiastico beneficio, appellatione remota, & officio suspendatis, & ad præsentiam nostram cum literis vestris, rei veritatem continentibus, suspensum mittatis, & prædictas decimas prædicto VV. præcipiatis sine molestia & contradictione restitui.

CAP. XXVII. *Idem Ianuensi episcopo.*

Cum inter alios præmineamus, &c. Quoniam fraternitas tua nos consulere voluit, utrum episcopus parochianum suum, publica fama eum accusante, ad purgationem cogere possit: consultationi tuæ taliter respondemus, quod si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem per diocesenum episcopum est compellendus: nisi forte super ipsa ad superiorem iudicem duxerit appellandum. Sane si appella-uerit, eius iudicio apparebit, ad cuius examen causâ per appellationem refertur. Quatenus vero inimicitia vel contrarietate aliquis parochianus iudicio diocesani episcopi eximatur, quia nos consulere voluisti, duximus respondendum, quod non solum pro inimicitia, sed etiam pro manifesta causâ suspicionis, potest sui episcopi iudicium euitare, & ad superiorem iudicem recurrere, cum nullus a suspecto iudice debeat iudicari.

CAP. XXVIII. *Idem Zamorensi episcopo.*

Cum parati essemus petitiones tuas, quas nobis per nuntium tuum porrexisti, benigne suscipere & efficaciter exaudire, dilectus frater noster, Hyacinthus scilicet in Cosmedin diaconus cardinalis, olim apostolicæ sedis legatus, constanti nobis assertione proposuit, quod cum te ad Synodum suam vocasset, & ad eius vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis

ANNO  
CHRISTI  
1179.

sententiam promulgauit: post cuius excommunicatio-  
nem, qui vice nostra fungebatur, te fecisti in episcopum  
consecrari. Cumque dilectus filius noster Martinus cano-  
nicus beati Iacobi firmiter asseueraret, quod in legatione  
regis esses & non potuisses ad vocationem prædicti cardina-  
lis accedere, cardinalis econtra asseruit, quod non in le-  
gatione regis, sed in Salmantina ecclesia te nuntius suus in-  
uenisset, tibi que dixisset, quod non in alia ecclesia esses \*  
quæsiturus. Et cum iterum ex parte tua fuisset propositum,  
quod venerabilis N. archidiaconus Prædanus appellauit,  
tuam etiam appellationem interposuisses, cardinalis adie-  
cit, quod appellatio illa te tueri in parte illa non potuit,  
quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos vero at-  
tendentes, quomodo te non decet contemnere, obtentu  
appellationis, ad vocationem cardinalis venire: fraternita-  
tem tuam monemus, mandantes atque præcipientes, qua-  
tenus vel in propria persona, vel per idoneos nuntios apo-  
stolico conspectui te præsentem, innocentiam & immuni-  
tatem tuam, si poteris, ostensurus.

CAP. XXIX. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Præterea de his qui iuramentum præstant, quod sta-  
bunt iudicio ecclesiæ, & postea præstito iuramento appel-  
lant, id tua sollicitudo prouideat, vt eos seruare quod iu-  
rant, vel infra quadraginta dies post appellationem inter-  
positam iter arripere ad ipsam prosequendam compellas.

CAP. XXX. *Idem eidem.*

Relatum est auribus nostris quod si quando episco-  
pi suffraganei tui vel archidiaconi prouinciæ tuæ super  
aliquo certo negotio ad audientiam nostram appellant,  
episcopatus & archidiaconatus suos nostræ & Romanæ  
ecclesiæ subiiciunt, & cum appellant, ad annum interim  
de suis vel suorum subditorum excessibus cognoscere non  
permittunt, sed omnem iustitiam tibi euacuant & suspen-  
dunt. Volentes igitur pastoralis sollicitudine prouidere, ne  
appellationis obtentu detur eis audacia grauiora commit-  
tendi, auctoritate apostolica tibi duximus responden-  
dum, quod si præfati episcopi & archidiaconi, quando  
appellauerint ad audientiam nostram, & episcopatus &

Appellante  
in eo solo  
tutum, de  
quo appel-  
lauit.

Concil. Tom. 27.

Cccc ij

archidiaconatus suos sub protectione apostolica posuerint, pro eorum appellatione nullatenus pratermittas, quin de causis & de excessibus subditorum suorum, & de suis propriis excessibus, si qui manifesti sint & notorii, his dumtaxat exceptis, super quibus appellatum est, cognoscere possis, & super his statuere, quod secundum iustitiam videris statuendum.

CAP. XXXI. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Super eo vero quod a nobis tua quærendum duxit discretio, vtrum videlicet propter incidentem quæstionem sub qua fuerit appellatum, tota principalis causa, quæ commissa est iudici, appellatione remota, terminanda, debeat indecisa relinqui: inquisitioni tuæ duximus respondendum, quod si quæstio incidens talis fuerit, quod sine ea principalis causa non possit terminari, propter interpositum appellationis obstaculum, totius causæ cognitioni debet de iure deferri, donec superior iudex, ad quem super prædicta quæstione est appellatum, aliter de tota causa disponat.

CAP. XXXII. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Significauerunt nobis dilecti filii N. prior & canonici sanctæ \*Frides Vuihæ, quod super causa quæ inter eos & canonicos de Osenia, de ecclesia sanctæ Mariæ Magdalene vertitur, de mandato nostro coram venerabilibus fratribus nostris \*Exoniensi & \*Cistrensi episcopis tractaretur, & ad audientiam nostram appellassent, iidem episcopi canonicos de Osenia in possessionem ipsius ecclesiæ, causa rei seruandæ iudicauerunt induci: & postmodum iidem episcopi literas commissionis nostræ, quas super causa receperant, diligentius intuentes, & videntes appellationem alterutrius partium in eisdem literis non fuisse inhibitam: quæstione facta a Xenefordensi archidiacono, mandauerunt vt omnia in eodem statu seruaret, in quo tempore factæ appellationis fuisse dinoscitur. Interim vero canonici de \*Osenia, in præscriptam ecclesiam irruerunt, & ibi manere volentes, a ministris S. \*Frides VVerichæ eiectioni fuerunt: Deinde canonici de \*Osenia, ad Lundensem & VVigornensem episcopum literas nostras impetrauerunt, conti-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

nentes quod a possessione ipsius ecclesie fuissent violenter eiekti, eis possessio redderetur: & sicut vtraque pars eorum conspectui se presentasset, prefatus prior S.\* Frides VVichæ, quoniam literæ ante terminum appellationi præfixum, sicut aiebat, per surreptionem fuerunt impetratæ, ad audientiam nostram iterum appellauit. Sed Londoniensis episcopus appellationi non deferens, canonicos de Osenia in possessionem eiusdem ecclesie fecit induci. Inde est quod fraternitati tuæ, &c. quatenus siue in literis nostræ commissionis, prædictis\* Exoniensi & Cicestrensi episcopis factæ, siue ex assertionem ipsorum episcoporum, aut etiam alias legitime constitit, in prædictis literis appellationem inhibitam non fuisse, quidquid post appellationem ab eis episcopis ad nos interpositam, in causâ ipsâ innouatum est aut mutatum, in eo statu facias, appellatione cessante, reduci, in quo tempore appellationis factæ noscitur fuisse, non obstantibus literis, neque Lundeni neque VVigornienfi episcopis postea directis, si ante terminum appellationi præfixum, aut etiam in termino fuerint, tacita veritate, impetratæ. Non enim fuerunt violenter a possessione eiekti, si volentes intrare, sunt in continenti reiekti, cum liceat omnibus vim vi in continenti tantum repellere, & ab eorum violentia iura tueri. Deinde vero vtraque parte ante præsentiam tuam conuocata, causam ipsam diligentius audias, & eam sublato appellationis remedio termines.

Non deiicitur, qui volens prius ingredi, vi repellitur in continenti.

*Quis seu quando non auditur appellans.*

Laicus detinens decimas.

Intrusor.

Adhærens concubinæ, relicta vxore.

Quoties sub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dignoscitur faciendum.

Si appellauerit quis, & infra terminum appellationi præfixum non fuerit appellationem prosecutus, cogetur stare iudicio eius a quo appellauit.

Si notorium fuerit, aliquem iniecisse manus violentas in clericum.

Religiosus, castigatus aut castigandus a prælato suo, appellans, ne corrigatur secundum regulam suam.

Cccc iij

Hæ glossæ, non textus instar, autographo inerrant, ea quo de causa & hic ita habentur.

Appellans metu literarum, quas scit impetratas ab aduersario ante citationem.

Ante litis ingressum appellans.

Excommunicatus, præstito iuramento absolutus, si statim appellauerit, antequam mandatum susceperit, & susceptum secundum posse suum non fuerit profecutus, non auditur appellans.

Institutus in ecclesia, dicens se velle ibi residere & curam eius gerere, postmodum absentans se sine causa rationabili, priuatufque beneficio, non auditur appellans.

Si tibi habenti alios redditus prima vacans concessa fuerit, & cum vacauerit, appelles, ne alius instituat, non audieris.

Si dispositio alicuius ecclesiæ spectet ad capitulum, & non disposuerit infra terminum præfinitum, episcopus appellatione cessante disponere poterit: sic & e conuerso.

Si interponit generalem appellationem ab omni grauamine, non auditur appellans.

A delegato, qui delegauit, referuata sibi definitiua sententia, appellare non potest.

PARS XI. VT ACTOR RESPONDEAT  
EI QVEM CONVENIT.

CAP. I.

*Idem\* Volterano archiepiscopo.*

**E**x literis vestris accepimus, quod dilecti filii nostri abbas & fratres Maturiensis monasterii, super quaestionibus quas plebanus & clerici Maturiensis aduersus eos proponunt, vestrum parati fuerint grauamen subire, si illi in continenti de suis quaestionibus\* debent respondere.\* *vellent*  
Vnde quoniam indignum penitus, & absurdum videtur, vt memorati plebanus & clerici, abbati & fratribus de his quæ aduersus eos proponunt, respondere non debeant, cum sibi exinde iustitiam postulant exhiberi: discretionis tuae, &c. quatenus actione clericorum & plebani proposita, & responsione facta, eos moneatis auctoritate nostra & districtius compellatis, memoratis abbati & fratribus

Actorem  
reo, quem  
conuenit  
super aliis  
negotiiis, in  
eodem iudi-  
cio respon-  
dere debe-  
re.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

super quaestionibus suis coram vobis respondere, & vos vicissim postmodum rationes & allegationes partis vtriusque diligentius audiat, & cum concordia vel iudicio terminetis.

CAP. II. *Idem decano & clericis Maturiensibus.*

Miramur plurimum & mouemur, quod cum causam qua inter vos & dilectos fratres abbatem & fratres Maturiensis monasterii vertitur, dilectis filiis nostris archidiacono V Volterano & abbati de Spongia commissemus sine debito terminandam, & abbas & fratres parati essent iudicium illorum subire, si vos eis super quaestionibus, quas aduersus vos proponunt, deberetis respondere in continenti, sicut iidem iudices nobis literis suis intimauerunt, id efficere noluitis. Vnde quia rationis ordo hoc exigit, vt si quis sibi vult ab aliquo iustitiam exhiberi, ei non debet quod iustum est denegare, fraternitatem vestram &c. quatenus accusatione ipsa, quam aduersus praedictos abbatem & fratres intenditis, proposita, & responsione facta eidem abbati & fratribus coram praedictis iudicibus in continenti respondeatis: vt causa vestra & ipsorum vicissim postmodum audiri debeat & terminari. Nos enim eisdem iudicibus dedimus in mandatis, vt vos ad id faciendum instanter moneant, & auctoritate nostra districte compellant.

DE EO QVI CONSANGVINEAM PAR. XII.

VXORIS SVÆ, VEL SPONSAM PATRIS SVI,  
vel consanguineam sponsæ propriæ cognouit.

CAP. I.

*Idem Vuirgorniensis episcopo.*

SI quis parochianorum tuorum matrem forte vel sororem, vel filiam vxoris suæ carnaliter cognouerit, & hoc publicum & manifestum fuerit, ab ea penitus est separandus, & vterque illorum, scilicet tam mœchus quam mœcha, debet sine spe coniugii perpetuo permanere. Si autem hoc secretum & occultum fuerit, pœnitentiam de commisso debet accipere, & vxori suæ infra tempus pœ-

27. Quest.  
2. Qui dor  
mit.

nitentiæ vel extra, debitum, si exegerit, soluere. Sane si aliquam vxoris suæ consanguineam, quæ illi in tertio gradu vel deinceps contingat, carnali commixtione cognouerit, non est propterea diuortium inter eos celebrandum: sed delinquenti, secundum qualitatem personæ & criminis, est poenitentia iniungenda.

CAP. II. *Idem.*

Fraternitatis tuæ literas suscepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine, cum esset perfectæ ætatis, quamdam puellam in cunabulis desponsauit. Procedente vero tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem duxit. Vnde quia dubitas an huiusmodi matrimonium stare debeat, exinde a nobis consilium postulasti. Super quo fraternitati tuæ duximus respondendum, quod si memoratus vir matrem præfatæ puellæ, antequam puella illa annum septimum impleffet, accepit in vxorem; matrimonium non dissoluas, sed eundem virum præfatam mulierem sicut vxorem libere tenere permittas, cum huiusmodi dispensationes nullæ sint, quæ in cunabulis factæ sunt. Verum si postquam præfata puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrem eius accepit in vxorem, cum extunc sponsalia placere consueuerint, inter eos sententiam diuortii non differas promulgare, nec ipsum filiam siue matrem in vxorem habere permittas.

CAP. III. *Idem Tullensi episcopo.*

Præsentium lator P. cum literis tuæ fraternitatis ad præsentiam nostram accessit, ex quarum tenore innotuit, quod pater eius quamdam iuuenulam sibi desponsauit, ipsumque tempus vt illam adduceret, destinauit. Sed ipse diabolico instinctu sponsam patris sui, licet vxoratus, carnali commixtione corruptit. Cumque patratum scelus ambo celarent, pater ignarus commissi sceleris, ad sponsam suam secundum morem accessit. Tum is de diuina miseratione compunctus, ad præsentiam vestram accessit, & crimen, quod illicite commiserat, humiliter est confessus. Mulier vero interrogata, prius negauit: sed postea discussione cautius facta, eandem culpam confessione propria pate-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

patefecit. Quod cum patri eius innotuisset, vehementi dolore commotus, ad te pro consilio venit. Constitutis igitur in facie ecclesie tribus predictis, licet clerici tui abundarent sensu, diuersi diuersa dantes consilia, vnum tamen omnium consilium fuit, vt super instanti periculo in causa tam difficili apostolicum oraculum adirent. Indicta itaque patri continentia & vxori suae, filium poenitentem cum literis tuis, rei veritatem confessum, ad praesentiam nostram curasti destinare, quaerens tibi formam praescribi, quam in similibus, si forte aliquid tale per diabolicam cooperationem emerferit, deceat obseruari: & quam eis debeas satisfactionem imponere, scripto nostro postulas edoceri. Tuae igitur inquisitioni respondentes, praesentium tibi significatione mandamus, quod si pater eius postquam rei conscius fuit, vxorem suam carnaliter non cognouit, de priori commixtione leue aut nullum peccatum incurrit: ei tamen viuenti, vel alii, ea viuente, non poterit copulari. Ceterum si sciens facinus, carnaliter eidem mulieri adhaeserit, ei septennis poenitentia indicatur: nec illi, nec alii carnaliter de rigore commisceri valebit. Mulieri quoque perpetuam continentiam & quatuordecim annorum poenitentiam duximus imponendam. Lator autem praesentium totidem annis poeniteat. Ab vxore tamen legitima, quam prius habuerat, nisi de communi consensu, nullatenus separetur.

De rigore,  
ex dispensa-  
tione tamē  
ab vxore de-  
bitum exi-  
get, cum  
occultum  
fuerit deli-  
ctum.

CAP. IV. *Idem Pictauiensi episcopo.*

Veniens ad nos lator praesentium P. nobis fraternitatis tuae literas reportauit: ex quarum tenore perpendimus, quod cum quamdam vxorem duxisset, quidam dissuasurunt ei per mensem, quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut dixit, quod pater iussit vxorem suam, quae mater erat sponsae, in lecto huius iacere: quam, diabolo suadente, cognouit: transacto vero mense, tam pater quam alii propinqui coegerunt, vt matrimonium cum sponsa sua consummaret: quod facere noluit, donec tecum super hoc loqueretur. Tu vero audita eius confessione, ipsum cum literis tuis ad sedem apostolicam transmisisti. Tuae igitur inquisitioni taliter respondemus; quod si occultum esset huius delictum, non posset rescin-

Concil. Tom. 27.

Dddd

dere matrimonium, quod publice contraxisset. Verum si publicum est, quod matri sponsæ carnaliter adhæsit, imponenda est pœnitentia paulo maior quam de adulterio: & exinde peracta pœnitentia, vel parte pœnitentiæ, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere. Ceterum si sponsam cognouerit antequam matrem vel post, nunquam poterit eam vel aliam in vxorem accipere.

C A P. V. *Idem\* B. Exoniensi episcopo.*

Sed hoc de rigore, illud ex dispensatione.

Veniens ad præsentiam nostram R. lator præsentium, sua nobis assertionem monstravit, quod cum quamdam mulierem cognouisset, postea sciens consobrinam eius ausu temerario in vxorem accepit. *Et infra*: Si publicum & notorium fuerit, & eam quam prius cognouit, vxoris suæ consobrinam esse constiterit, aut alii comparent qui hoc velint vel possint legitime comprobare, ipsum religionem intrare commoneas & inducas. Si autem eum ad hoc inducere non poteris, ei de tanto delicto dignam pœnitentiam imponas, & ipsum ab vtraque muliere remoueas, & sine coniugio perpetuo manere præcipias. Quod si delictum eius occultum esse cognoscis, ipsum cum vxore, quam in facie ecclesiæ duxit, morari permittas, & eidem de commissio condignam pœnitentiam imponas.

C A P. VI.

*Idem Burdegalensi episcopo. Pars capituli, Consuluit supra, de sponsalibus.*

Super eo quod quemdam iuuenem asseris puellam nondum nubilem, fide interposita, iurasse: quæ dum facta nubilis virum repetit, & ille excipit, dicens eam non se debere ducere, pro eo quod postquam eam affidauit, carnaliter propinquam eius cognouit: inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si manifestum est, eundem iuuenem cognouisse propinquam iam dictæ puellæ, aut si manifestum non est, & id fama loci habet, cum sponsio tantum esset de futuro, idem iuuenis potest & debet a puella absolui.

C A P. VII. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Super eo quod a nobis tua sollicitudo requisivit, vtrum

ANNO  
CHRISTI  
1179.

ille qui prius cognouerat matrem siue sororem eius quam postea duxit in vxorem, teneatur ei carnaliter debitum soluere, & ab ea non possit exigere: quod etiam consilium dandum sit ei, qui hoc secretius confitetur, cum probari non possit, nec ipse velit vllatenus continere: tuæ petitioni duximus respondendum, quod attentius est monendus, vt vxorem suam labore inducere ad continentiam seruandam: vt si illa continere voluerit, continentiam simul obseruent. Si autem ad hoc induci non possit, & vir debitum soluat, & de commisso pœnitentiam agat. In hoc vero casu cum aliquis post contractum matrimonium, vxoris suæ siue matrem siue sororem cognoscit, id ipsum quod in priori seruetur.

C A P. VIII. *Item Eugenius tertius. Sed presbytero.*

Iuuenis ille qui puellam nondum septennem duxit, quamuis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate tentauit quod complere non potuit. In dubiis quid tenendum. Quia igitur in his quæ dubia sunt, quod certius æstimamus, tenere debemus, tum propter honestatem ecclesiæ, quia ipsa ipsius coniux esse dicitur, tum propter prædictam dubitationem, mandamus tibi, vt consobrinam ipsius puellæ, quam postmodum duxit, ab eo diuidas.

DE RELIGIOSIS VIRIS DECIMAS PARS XIII.

EX PRIVILEGIO NON PRÆSTANTIBVS,  
& de priuilegio abutentibus.

C A P. I.

*Item Alexander III. canonicis regularibus & monachis  
Eboracensis ecclesiæ.*

AUARITIÆ, quæ est idolorum seruitus, radicem extirpare debent, qui sæculi vanitatibus renuntiantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare. Intelleximus autem, quod in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consueuistis percipere, portiones vel aliquos redditus minorastis, quos in illis ante tempora venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi apostolicæ sedis legati, etiam postquam est archiepiscopatum adeptus, clerici habuerunt. Vnde quoniam hoc ex radice auaritiæ processit,

*Concil. Tom. 27.*

Dddd ij

& cupiditatis, quam debetis modis omnibus deuitare: fraternitati vestræ, &c. quatenus si quas portiones vel antiquos redditus clericorum indebite & sine consensu & auxilio prædicti archiepiscopi, postquam ipse archiepiscopatum habuit, in ministris vel per parochias diuifistis, eas ad integritatem pristinam reuocetis, & inde rationabiles & antiquas pensiones clericorum qui debent altaribus deseruere, integras eis & illibatas seruetis, & ecclesiis de quibus certas pensiones soliti estis percipere, partitiones vel antiquos redditus, quos in illis clerici ante tempora ipsius archiepiscopi, & postquam adeptus est archiepiscopatum, habuerint, nullatenus præsumptione temeraria minuatis, nec parochias ecclesiarum auctoritate vestra diuidere vllatenus præsumatis.

C A P. II. *Idem monachis.*

Dilecti filii nostri abbas & fratres S. Crucis, transmissa nobis conuestione demonstraerunt, quod prædia de quibus decimas & in magna parte sustentationem habere consueuerunt, conduxistis & recepistis ad firmam. Vnde quoniam iidem fratres ex hoc immoderate & enormiter grauantur, nec fuit intentionis antecessorum nostrorum, vt de possessionibus quas conduxistis, decimas non deberetis persoluere: discretioni vestræ per, &c. quatenus eisdem fratribus de prædiis quæcumque conduxistis in parochiis suis, de quibus \* consueuistis decimas percipere, plenarie persoluatis, vel cum ipsis tam pacifice & amicabiliter conueniatis, quod nulla debeant inter vos scandali mala suscitari, & ne vos videamini vltra quam vobis indultum est manus extendere.

C A P. III. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Fraternitatem tuam scire volumus & firmiter tenere, quod vt te ex caritatis feruore ob multiplicia tuæ deuotionis gratissimæ obsequia nobis frequenter impensa, diligimus, ita & aliquando tibi negare nolumus, quod cuiuslibet fratrum nostrorum concedere debemus. Super eo quod de compellendis monachis albis & nigris, & canonicis regularibus ad soluendas decimas de terris conductis, quas habent ad terminū vel ad firmam, a nobis tua discre-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

tio postulauit, te vel quemlibet alium audire & exaudire nulla ratione possumus, nisi manifeste vellemus obuiare iustitiæ, & prædecessorum institutis contraire, ne videamur religionem perfequi: quam si forte non habemus in nobis, in iis diligere & fouere tenemur. Cautum siquidem in scriptis prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum habetur, quod religiosi viri ab exactiōe decimarum de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, & de nutrimentis animalium suorum prorsus erunt immunes. Sed piæ recordationis Hadrianus papa prædecessor noster labores in noualia pro sua voluntate conuertit. Illud etiam debet nos a tuæ petitionis effectu retrahere, quod in veteri testamento non vsquam legisse recolimus, vt Leuitæ Leuitis decimas persoluerint: imo sicut tua discretio non ignorat, non ambigimus esse statutum, vt ecclesiis illis decimas persoluant, vbi ecclesiastica sacramenta percipiunt. Vnde Apostolus: *Non est magnum si metimus temporalia, vbi spiritualia seminauimus.* 1. Cor. 9. Non graue tibi sit, sicut esse non debet, si ratione diuinæ scripturæ & honestate nostra pensata, petitionem illam, quantumcumque te diligamus, & sicut carissimum fratrem nostrum defendentes, non duximus admittendam. In nullo patereris repulsam, quod secundum iustitiam fieri a nobis postulares.

CAP. IV. *Idem.*

Suggestum est nobis ex parte tua, quod abbas & fratres de <sup>\*</sup>Vrsitun decimas auferre conantur, & alia damna & grauamina vobis irrogare non cessant. Quia non decet honestatem siue religionem monasticam litibus & contentiōibus intendere, discretioni vestræ per A. S. monendo consulimus & hortamur, quatenus cum prædicto abbate & fratribus super decimis ipsis & aliis, vnde inter vos est controuersia, pacifice conueniatis, ne pro huiusmodi contentiōibus fama vestræ religionis valeat denigrari. Nam quando ordini vestro Romana ecclesia priuilegia de decimis dederat, domus vestræ ita erant raræ, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri. Sed per gratiam Dei nunc sunt in tantum augmentatæ & possessionibus ditatæ, quod multi viri ecclesiastici de confinibus vestris apud nos querelam sæpe deponunt.

Dddd iij

CAP. V. *Idem Trecenti episcopo.*

Ex parte fraternitatis tuæ ad audientiam nostram no-  
ueris peruenisse, quod albi monachi & nigri, & quidam  
alii viri religiosi, ecclesias tuæ iurisdictionis redivisibus &  
decimarum spoliare præsumunt, occasione priuilegiorum  
quæ sibi Romana indulget ecclesia. Sane tuam nolumus la-  
tere prudentiam, quod sanctæ memoriæ prædecessores  
nostri fere omnibus religiosi decimas laborum suorum  
concesserunt. Sed bonæ memoriæ prædecessor noster Ha-  
drianus, solis fratribus\* Cistrensis ordinis, & Templariis &  
Hospitalariis, decimas laborum suorum indulget. Ceteris  
vero, vt de noualibus suis, quæ propriis manibus & sum-  
ptibus excolunt, & de nutrimentis animalium & de hor-  
tis suis decimas non persoluant, concessit. Quem super his  
imitati sumus, quatenus hi quibus indultæ sunt decimæ de  
noualibus suis & de nutrimentis animalium suorum & de  
hortis suis, hac occasione decimas de aliis ecclesiæ suæ re-  
bus non debent nec possunt subtrahere, vel sibi vltius  
aliquid vendicare.

CAP. VI. *Idem & fratribus\* Ramensis ecclesiæ.*

Licet de benignitate sedis apostolicæ vobis sit indul-  
tum, vt de laboribus vestris, quos propriis manibus vel  
sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: pro-  
pter hoc tamen non est vobis licitum, cuiuslibet decimas de  
terris illis subtrahere, quas aliis traditis ad colendum. Re-  
latum est siquidem auribus nostris, quod cum terras qua-  
dam, quas in decimatione dilecti filii nostri thesaurarii Se-  
nonensis habetis, datis rusticis excolendas, & ei exinde de-  
cimas sicut debetis, non soluitis, nec facitis a rusticis ipsis  
exolui. Quoniam igitur quanto arctius viuitis, tanto tar-  
dius debetis efficere vos quæ sunt honestati contraria vel  
obuia rationi, aut ex quibus priuilegiorum vestrorum te-  
norem transgredi videamini, cum priuilegium mereantur  
amittere, qui concessa sibi abutuntur potestate: fraternita-  
ti vestræ, &c. quatenus de terris illis, quas in decimatione  
prædicti thesaurarii, propriis manibus non colitis, sed ru-  
sticis traditis excolendas, decimas vobis vsurpare nullate-  
nus præsumatis: sed eas in primis eidem thesaurario facia-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

tis cum omni integritate persolui, scituri pro certo, quod si præceptum nostrum contempseritis, nos venerabili fratri nostro Senonensi archiepiscopo dedimus in mandatis, vt rusticos quibus in decimatione præfati thesaurarii terras dederitis excolendas, ad soluendas inde decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, districte compellat.

CAP. VII. *Idem ex privilegio Alexandri papæ.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus excolitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere præsumat. Hoc etiam idem ex privilegiis aliis aliorum Romanorum pontificum.

## CAP. VIII.

*Idem Couentrensi episcopo, & officialibus eius.*

Ad audientiam nostram noueritis peruenisse, quod quidam uestratum a dilectis filiis nostris abbate & fratribus de \* Pipennella, qui sunt \* Cistrensis ordinis, de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud priuilegii capitulum sedis apostolicæ praua interpretatione ac malitiose peruerentes, quo eisdem fratribus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Afferunt enim quod pro laboribus noualia intelligi debent. Verum quoniam fratres præscripti ordinis benignitate apostolica fouere debemus, & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam quantumlibet molestandi, attentius providere: tuæ venerabilitati, &c. quatenus a præscriptis fratribus de laboribus suis quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochianis uestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam si tantum de noualibus intellexissemus, vbi ponimus, De laboribus, poneremus, De noualibus, sicut in priuilegiis quorundam aliorum præsumimus.

\* Peper-  
nuella,  
\* Cister-  
tiensisCAP. IX. *Item Gregorius.*

Statuimus vt monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas soluere cogantur. Quia si legitime dandæ sunt, or-

phanis & peregrinis danda sunt. Indignum est enim vt a clericis exigantur, qui propter eum cuius sunt decimæ, pauperes efficiuntur. Nam si pauperes Domini sunt, pauperum hereditas pauperibus eius eroganda est, illis videlicet, qui propter amorem illius quæ poterant possidere dimittunt: eumque nudi sequentes, potestati alterius se submitunt.

C A P. X. *Item Hadrianus papa.*

Nobis in eminenti specula, disponente Domino constitutis, si cunctarum iura ecclesiarum integre non debeant & illibata seruari, locum beati Petri apostolorum principis inutiliter obtinere, & iuxta nobis commissæ dispensationis officium negligenter agere videmur. Sic enim ecclesiæ Dei, nobis cum diuina gratia protudente gubernantibus, recto suo cursu diriguntur, dum nos & errata quam vigili prouisione corrigere, & vnicuique studemus ius suum seruare. Dilecti filii nostri \* Partonolensis ecclesiæ, aduersum vos quæstione deposita, sua nobis relatione monstrauerunt, vos quasdam decimationes ad ius suum pertinentes violenter auferre, & ipsos fratres eisdem decimationibus ausu temerario infestare: qui si beati Benedicti regulam, iuxta quam viuunt & monachicum habitum gestatis, attenta sollicitudine pensaretis, ad proximorum bona deripienda non præsumeretis manum extendere, vel quæ alterius iuris sunt, vobis illicite vsurpare. Ne ergo vos de cetero aut auaritiæ malum, aut vitium (quod absit) rapacitatis accuset, per apostolica scripta vobis mandamus, quatenus nullam eorum antiquam possessionem, vel decimationem, vel eam quæ in illo loco præsertim, qui \* Macien appellatur, existit, auferre seu protrahere præsumatis, & si quas eis præter solitum in hoc anno de ipsis decimis negastis, quascumque etiam possessiones per violentiam detinetis, secundum quod antiquitus præfata ecclesia noscitur possedisse, eis in integrum, omni occasione cessante, nullatenus restituere differatis. Nos siquidem viris religiosis non alias decimas, nisi eas quæ de noualibus prouenire noscuntur, duximus indulendas. Si vero huius mandati ausi fueritis existere contemptores, & ad sedem apostolicam querimonia peruenerit iterata, timendum vobis

ANNO  
CXXXIIII  
1179.

\* proprium  
\* Partonolensis



ANNO CHRISTI 1179. vobis erit, ne sentire debeatis feueritatis ecclesiasticae violationem.

## CAP. XI.

*Idem VVigorniensis & Herefordensi episcopis.*

Ex multiplici conuestione VV. presbyteri de Tritona accepimus, quod cum \* in ecclesia de Tritona, triginta annis & eo amplius \* ministrasset, monachi de \* Beria decimas vniuersas quas de terris cultis a prima fundatione eadem ecclesia semper percipere consuevit, infra hoc quadriennium sibi & ecclesiae subtraxerunt: cum inter abbatem de \* Bueria VV. nomine de consensu totius conuentus, & praedictum presbyterum, quindecim annis & eo amplius elapsis, talis interuenisse dicatur conuentio, scripto authentico monachorum roborata, quod monachi praedicto presbytero & ecclesiae suae de blado & vniuersis leguminibus in integrum, quamdiu viueret, deberent persolvere, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter, ob exaltationem ecclesiae monachorum, quietas clamauit. Cumque conuentio temporibus trium abbatum praescripti loci seruata fuisset, abbas illius loci ad praesentiam nostram accedens, a nobis scriptum priuilegium obtinuit, in quo monasterio suo indultum est, vt de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolit, nulli decimas soluere teneatur. Qui siquidem reuersus ad propria, tantam gratiam \* aduersus H. illustrem regem Angliae & fauorem inuenit, quod rex totam terram illius villae, in qua ecclesia praefati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam eleemosynam contulit. Quo facto, praedictus abbas vniuersis illius villae colonis expulsis, totam terram praedictae parochiae excolens propriis sumptibus, ecclesiae debitos redditus subtrahit. Vnde quia non fuit intentionis nostrae per praedictum priuilegium nostrum praedictae conuentioni derogare: fraternitati vestrae, &c. quatenus vtraque parte ante vos conuocata, rei veritatem diligentius inquiratis, & si inter praedecessorem praedicti abbatis & praenominatum presbyterum consensu monachorum talis conuentio fuerit, & per annum seruata, eundem abbatem & monachos auctoritate nostra moneatis, & districte compellatis, vt eandem conuentionem & compactionem, non obstantem

*Concil. Tom. 27.*

Eccc

priuilegio, nisi (quod non credimus) de transactione illa in eodem priuilegio contineatur, occasione & appellatione cessante, inuiolabiliter teneant & obseruent, vel exinde pacifice secum conueniant, & secundum formam compositionis reditus ipsius integre persoluant.

## CAP. XII.

*Idem Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.*

Commissum nobis a Domino dispensationis officium nos admonet multipliciter & hortatur, vt vniuersis Christi fidelibus debeamus vtiliter prouidere, atque iura sua integre nos oportet atque illibata seruare. Peruenit quidem ad nos, quod monachi de Boxle, ecclesie sancte Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persoluant, & eas reddere contradicunt. Eapropter fraternitati tuæ, &c. quatenus prædictos monachos \* vt ipsas decimas & de ipsis cultis, in quibus domus olim constructa fuerant, præfatae ecclesie cum integritate persoluant: quoniam priusquam in eadem ecclesia morarentur, solebant persolui. Si non, appellatione cessante, auctoritate nostra cum omni distinctione, sicut olim de pascuis soluebantur decimæ, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolui.

CAP. XIII. *Idem monachis de sancto Laurentio.*

Sicut vobis iura vestra integra & illibata vultis seruari, sic aliis iustitiam suam subtrahere nequaquam debetis. Audiuimus etiam, quod decimas ecclesie de \* Colingham, cum ea in qua debeant solui integritate, quando fundus ad vestrum dominium peruenit, non soluitis. Verum quoniam indecens & inhonestum vobis valde existit, vt aliis damna \* inferre præsumatis, quæ vobis nullatenus inferri velletis: vniuersitati vestræ, &c. quatenus prædictas decimas memoratae ecclesie sine diminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitus solui solebant, soluere non differatis: quia nobis plurimum graue existit, si super his ulterius ad nos querimonia deferretur. Verumtamen si aliquid iuris ibi vos habere confiditis, in præsentia fratris nostri VVigorniensis episcopi, & dilecti filii nostri decani

ANNO CHRISTI 1179. Ciceſtrenſis, occasione & appellatione ceſſante, ordine iudiciario experiamini, quod ipſi inter vos & partem alteram duxerint ſtatuendum, firmiter ſuſcepturi & inuiolabiliter ſeruaturi.

CAP. XIV. *Item Gregorius.*

Vt nullus abbas decimas & primitias, & reliqua quæ ſecundum ſtatuta Canonum ad episcopos pertinent, detineat ſine auctoritate Romani pontificis, ſeu episcopi in cuius dioceſi habitat, apoſtolica auctoritate firmamus.

CAP. XV. *Item Ioannes papa.*

Certam habemus prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionem & rationem, nil in hoc mundo habentibus decimas, oblationes viuorum & mortuorum, conuenire, qui ſpontaneam eligentes paupertatem, in monaſterio ſuo degere volunt ſub imperio, in quibus Chriſtus alitur & veſtitur.

CAP. XVI. *Item Paſchalis II.*

Nouum exactionis genus eſt, vt clerici a clericis frugum vel animalium decimas exigant. Nunquam enim hoc in lege Domini præcipi legimus aut permitti: nec enim a Leuitis Leuitæ decimas \* extorſiſſe leguntur. Illi profecto ſoluere laborum ſuorum decimas debent, qui a clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt.

DE ILLIS QUI INCIDVNT PARS XIV.

IN CANONEM DATÆ SENTENTIÆ, vel incidere videntur, cum non incidant: & qui propter abſolutionem ſint ad ſedem apoſtolicam mittendi.

CAP. I.

*Alexander III. Bathoniens̄ & Exoniens̄ episcopis.*

**S**I vero aliquis in clericum comam nutrientem, igno- De clerico nutriente comam.rans quod clericus fuerit, manus violentas iniecerit, propter hoc non debet apoſtolico conſpectui præſentari,

*Concil. Tom. 27.*

Eccc ij

nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipsum esse clericum ignorarit, & si hoc dubium fuerit, propria manu voluerit præstare \* sacramentum.

CAP. II. *Idem abbati de Nexibus.*

Consuluit nos tuæ discretionis prouidentia, quid tibi faciendum sit de his, qui de sæculo fugientes in monasterium, tuæ religionis habitum susceperunt, & infra certum tempus postmodum confitentur se tale delictum commisisse, quod ipso actu sententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem non potes sine licentia summi pontificis, nec debes absoluere, sed præsumptionem delinquentium debita animaduersione punire.

CAP. III. *Idem.*

Porro si aliqui violentas manus in fratres tuos mittunt, & poenitentia ducti, non conuicti, sed priuatim, sicut asferis a te veniam postulant, eos monere debes propensius & inducere, vt his quos læserunt, congrue satisfaciant, & apostolico conspectui se præsentent, cum a te vel ab aliquo sine speciali mandato Romani pontificis absolui non possint.

CAP. IV. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Nulli autem monachi Templarii se possunt priuilegio apostolicæ sedis tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum iniectione in clericos, sicut excommunicatos vitare.

CAP. V.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Non sine cordis dolore & amaritudine audiuimus, quod cum viri ecclesiastici per vos aut per alias personas ecclesiasticas in ecclesiis secundum statuta Canonum ordinantur: laici vero, qui forte aliquando contra ecclesiasticam ordinationem ex usurpatione consueuerunt in periculum suæ salutis habere, in tantam vesaniam & furorem prorumpunt, quod ecclesiasticos viros canonicè in ecclesiis ipsis ordinatos multis iniuriis afficiunt, aliquando affligunt eos verberibus, & interdum etiam, quod est

ANNO  
CHRISTI  
1179.

auditu terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur quanta sit præsumptio & impietas eorum, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo potest, qui recte sapit, ignorare: ad eos puniendos & castigandos, qui hoc instinctu diabolicæ fraudis committunt, spiritalem gladium debetis exercere, & vos ita volumus in eos ecclesiasticæ disciplinæ rigorem exercere, vt nil videamini omittere, quod aduersus hos ex iuris districtione fieri possit. Inde est quod fraternitati vestræ, &c. quatenus si qui se in tantam vesaniam & præsumptionem erexerint, quod hac vel alia occasione clericos occidant, vel occidere faciant, vel aliter violentas manus in eos iniecerint: tam malefactores ipsos, quam illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice accensis candelis & pulsatis signis, aperte excommunicatos denuntietis, & faciatis sicut excommunicatos deuitari, donec Deo & sanctæ matri ecclesiæ satisfaciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam accedant.

\* camp-  
nisCAP. VI. *Idem.*

Grauer oculos diuinæ maiestatis offendunt, qui religiosos viros indebitis fatigant molestiis, & locum suæ perturbant quietis. Sane a prædecessore nostro sanctæ memoriæ papa A. III. in Concilio Lateranensi statutum est, vt qui violentas manus in clericos vel monachos, Hospitalarios, Templarios, mittunt, seu in viros alterius religionis, excommunicationi subiaceant. Nos autem statutum prædecessoris nostri ratum & firmum tenere volentes, fraternitati vestræ, &c. quatenus si qui parochianorum vestrorum in fratres hospitalis Hierosolymitani manus violentas iniecerint, eos publice excommunicatos, appellatione remota, denuntietis, & ab omnibus faciatis cautius euitari, donec prædictis fratribus de illata iniuria congrue satisfaciant, & cum literis episcoporum suorum rei veritatem continentibus, apostolico conspectui se præsentent.

## CAP. VII.

*Idem* \* Exoniensi episcopo. Pars capituli, Sicut dignum.

Super eo quod a nobis consilium postulasti, vtrum si

Ecce iij

scholares sese inuicem percusserint, in plena vel minori aetate, clerici aut religiosi viri in claustris, secundum Canonem illum quo statutum est, ut illi qui in clericos manus violentas iniecerint, ad sedem apostolicam pro sua absolutione venire debeant: inquisitioni tuae taliter respondeamus, quod si clerici infra puberes annos sese ad inuicem, vel vnus alterum percusserit, non sunt ad sedem apostolicam mittendi, quia eos aetas excusauit: nec etiam clerici, si sint plenae aetatis, si non de odio, aut inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa se inuicem percusserint: nec magistri, si clericum scholarem intuitu disciplinae vel correctionis percusserint, quia non potest in ipsis violenta manus iniectio notari. Ceterum si ex odio sese iidem scholares percusserint, pro sua absolutione debent ad sedem apostolicam venire.

Excusat  
aetas.

Iocosa le-  
uitas.  
Inuitus  
disciplinae.

CAP. VIII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Monachi vero & canonici saeculares, quocumque modo sese in claustris percusserint, non sunt super hoc ad sedem apostolicam mittendi: sed secundum discretionem & prouidentiam abbatis sui disciplinae subdantur: & si abbatis discretio non sufficiat, ad eorum correctionem dioecesanus episcopus prouidentia erit adhibenda.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si vero alicuius potentis ostiarius, sub praetextu officii sui malignatus, clericum laeserit, ab officio suo potest absolui, nisi forte eundem clericum grauiter vulnerauerit.

CAP. X.

Officialis pro iniectioe manuum in clericum non potest sine mandato Romani pontificis absolutionis beneficium promereri. Quia nulli laico tanta super clericum datur potestas, nisi forte turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, sed casu fortuito clericum laeserit. Si forte clericum vim sibi inferentem vi repellat vel laedat, non debet propter hoc ad sedem apostolicam transmitti: sed si in continenti vim vi repellat, cum vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittant. Nec ille compellendus est ad sedem apostolicam venire, qui in clericum, cum vx-

Casus vio-  
lentiae re-  
pulsae.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

re, matre, vel sorore, vel filia sua propria inuentum turpiter, manus iniecerit violentas. Ceterum si eum in stupro vel adulterio, quando ea cum qua stuprum committitur vel adulterium, ita proxima ipsum consanguinitatis linea non contigerit, ceperit, aut alias in eum manus violentas iniecerit, a sententia excommunicationis non erit ille immunis.

## CAP. XI.

*Idem episcopis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum praelatis per Angliam constitutis.*

Parochianos autem vestros, si qui in monachos vel conuersos præfati ordinis manus violentas iniecerint, sublato appellationis remedio, secundum tenorem generalis decreti excommunicatos denuntietis, ipsosque sicut excommunicatos, faciatis cautius euitari, donec eis quos læserint, congrue satisfaciant, & cum literis vestris apostolico conspectui præsentent.

CAP. XII. *Idem Bathoniensi episcopo.*

Mulieres etiam vel alia personæ, quæ sui iuris non sunt, possunt a diocesano episcopo absolui, si manus violentas in clericum iniecerint. De his vero qui magnæ sunt potentia, & ita delicati, quod magnum laborem sustinere nequierint, si manus in clericos iniecerint violentas, tale damus petitioni tuæ responsum, quod status personæ prius & veritas negotii, Romano pontifici est intimanda, & secundum consilium eius de commisso scelere erunt puniendi. Illi vero qui non iniiciunt, sed eorum auctoritate & mandato manus violentæ iniiciuntur in clericos, ad sedem apostolicam, omni excusatione cessante, sunt mittendi, cum is vere committat, cuius auctoritate delictum committi probatur.

CAP. XIII. *Idem Cenomanensi episcopo.*

De cetero noueris, quod si laicus pro violenta manuum iniectione in clericum est excommunicationis vinculo adstrictus, si habens capitales inimicitias vel alias iustas causas, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, vt sine periculo apostolico nequeat se conspectui præsentare: licet

diocesano episcopo accepto iuramento, secundum morem ecclesie absolutionis gratiam impartiri. Sed illi sub iuramento debito est iniungendum, vt quamcitus habuerit opportunitatem, Romanum pontificem adeat, mandatum apostolicum suscepturus.

PARS XV. DE IVRE PATRONATVS,  
ET CLERICORVM INSTITVTIONIBVS.

CAP. I.

*Idem R. Eboracensi archiepiscopo.*

**R**ELATVM est nobis ex parte tua, quod cum in Laterano Concilio sit statutum, vt personæ tali ecclesia vel ecclesiasticum beneficium conferatur, quæ resideat in loco, & curam eius per se valeat exercere: Nonnulli autem ad ecclesias præsentati, se posse residere affirmant, & curam habere ecclesie & ecclesiastici beneficii profitentur, id tamen efficere contradicunt. Ideo consulere nos voluisti, an propter hoc tales possis repellere, vel institutos sine appellatione remouere. Tuæ itaque prudentiæ innotescat, quod cum verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, licite poterunt amoueri, nisi forte de licentia prælatorum vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra decreti intentionem fuerit interiectum. Quia autem consulis, si clericus idoneus ad vacantem ecclesiam præsentatus ab episcopo diocesano non fuerit admissus, & postmodum alius idoneus præsentatus, & ab episcopo institutus, possessionem tenuerit corporalem, an clerico priore ecclesiam petente, debeat posterior priori præferri: dubium non est, quin in hoc casu melior sit conditio possidentis: quoniam antequam præsentatio per diocesānum episcopum approbetur, ratum non est quod a patrono fuerit inchoatum.

Verba cum effectu recipienda.

Appellatio vbi non profit.

CAP. II. *Idem.*

De cetero prudentiæ tuæ præsentibus literis intimamus, quod si laici clericis vel collegiis de concessionibus vel donationibus instrumenta concesserint in hæc verba vel similia: Concessi, vel, dedi ecclesiam, & præsentem charta con-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

ta confirmaui: si consensus episcopi non accesserit, nil actum vel datum videtur. A laico enim ecclesia dari non potest. Patronatum autem de auctoritate & assensu episcopi, certum est a laico in eisdem iure conferri.

CAP. III. *Idem eidem.*

Cum laici, episcopis nescientibus aut non consentientibus, clericis ecclesias concedunt, in quibus habent ius patronatus; & postea pœnitentia ducti, alios ad ecclesias ipsas episcopis præsentant, & illi ad eorum præsentationem in eisdem ecclesiis ab episcopis instituuntur, eorum debet institutio stare & firmiter obseruari, qui auctoritate episcopi fuerint instituti, concessione priori, quæ nulla est, omnino euacuata. Non enim licet laicis in ecclesiis clericos propria præsumptione ordinare.

CAP. IV. *Idem Herefordensi episcopo, & abbati de Forde.*

Quia clerici quidam vestræ diœcesis aduocationem ecclesiarum, sicut accepimus, comparant, vel quocumque modo possunt acquirunt, vt postmodum filii vel nepotes ad easdem præsententur ecclesias, nos tam prauam consuetudinem penitus eradicare volentes, nihilo minus præsentium auctoritate mandamus atque præcipimus, ne id attentare præsumant, vniuersis clericis iurisdictionis vestræ arctius inhibere curetis: & si presbyteri ecclesiarum vestrarum aduocationes acquisierint, eos aduocationibus taliter acquisitis, appellatione cessante, apostolica auctoritate spoliatis.

## CAP. V.

*Idem I. basilicæ XII. apostolorum presbytero cardinali.*

Ex literis Sarensis episcopi accepimus, quod cum defuncta persona de Lauerchon, G. miles, qui villam in qua ecclesia sita est, a monasterio de VVilthon ad firmam tenebat, ad eandem vacantem Vu. de Leicester clericum prædicto episcopo præsentabat, post aliquantum temporis abbatissa prædicti monasterii ad episcopum veniens, ei Vu. de Norhale ad prædictam ecclesiam præsentauit. Episcopo vero nolente præsentatam personam ab ea recipere, tum ad venerabilem fratrem nostrum Cantuariensem

Concil. Tom. 27.

Ffff

archiepiscopum abbatissa accessit, & apud eum querimoniam deposuit de ipso. Archiepiscopus vero, quia visum sibi erat, quod factum militis super presentatione præfata nullius esset momenti, prædicto episcopo in vi obedientia iniunxit, vt personam illam reciperet, & in possessionem induceret, quam abbatissa duxerat præsentandam. *Et infra*: Restitutione autem facta, causam audiat, ita quod si vobis constiterit, quod præfato militi præscripta villa fuerit, non excepto iure patronatus, ad firmam concessa, vel antequam de iure patronatus inter abbatissam & militem controuersia esset suborta, præfatus Vu. de Leicester in præscripta ecclesia per institutionem episcopi ad presentationem militis fuisset institutus, ei, dummodo alias idoneus fuerit, ecclesiam ipsam adiudicetis, ita quod si abbatissa obtineat aduersus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

CAP. VI. *Idem VVintoniensi episcopo.*

Illud prætereundum non duximus, super quo te intelleximus dubitare, quod si aliquis laicus inconsulto episcopo, ecclesiam non vacantem concedat alicui religioſæ domui, & postea cum vacauerit, ad præsentationem eius laici aliquis clericus ibi fuerit per diœcesanum episcopum institutus; prior concessio per secundam concessionem, quominus rata habeatur, infirmari non potest: nec debet aliquatenus impediri, cum illa concessio de iure nullius possit esse momenti: tum quia de re non vacante facta est, tum quia laicus sine auctoritate episcopi nemini potest ecclesias dare, licet religioſo loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero ius patronatus, ecclesia vacante, religioſo loco contulerit, & aliquis postea sine præsentatione fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus, eius institutio secundum rigorem iuris est irritanda.

CAP. VII. *Idem VVigorniensis episcopo.*

Querimoniam prioris & fratrum de Lauch nobis literis destinatam audiuiſimus, quod R. quondam de Hereford comes, ius quod idem prior & fratres in ecclesia de Vuica, ex ordinatione R. de \* Laci fundatoris ecclesie

ANNO  
CHRISTI  
1179.

suæ, & ipsius Richardi socii, habere debebant, coram bonæ memoriæ I. quondam Vuigornienſi episcopo recognouit. Vnde idem episcopus postea iam dictum priorem & fratres, nullo reclamante aut contradicente, inuestiuit, & exinde eam deinceps illi quiete & pacifice possederunt. Deinde cum inter præfatum comitem & C. vxorem, in cuius patrimonio ecclesia illa consistit, diuortium per ecclesiasticum iudicium celebratum fuisset, eadem C. Vu. Pictauiensi nupsit, qui ecclesiæ præscriptæ fructus memorato priori & fratribus omnino subtraxit, & eos in vsu R. sacerdotis eiusdem loci sine episcopali auctoritate conuertit. Cumque postmodum Vu. de medio sublato, præfata C. tertio viro, Vu. scilicet de Meduan esset matrimonio copulata, idem Vu. in ea qua alter Vu. temeritate persistens, iam dictum R. in præscripta ecclesia contra priorem supradictum manutenere & fouere incepit, dicens quod prænominati episcopi institutio, quam super ecclesia ipsa, quæ de vxoris suæ aduocatione consistit, dum erat in potestate illius viri, a quo postmodum separata esse dignoscitur, fecit, nullam debet firmitatem habere; præsertim cum matrimonium vxoris suæ, sicut asserit, integre sibi restitutum non esset, nisi de ecclesia illa suam posset adimplere voluntatem. Verum quoniam absurdum videtur omnino, & ab ecclesia penitus eliminandum, vt ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes, ecclesiarum debeant ordinationes mutari: ne quod a supradicto R. taliter factum fuerit, alicui successorum liceat irritare; fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritatem diligenter & studiose inquiras: & si ita inueneris esse prout superius narratur, sæpe dictis priori & fratribus ecclesiam prælibatam, omni occasione & appellatione cessante, restituas, & in pace facias possidere. Vicissitudines etiam huiusmodi ecclesiarum ab aduocatis vel aliis quibuscumque in tua diocesi fieri, de cetero nulla ratione permittas: sed earum præsumptores vsque ad dignam satisfactionem, dilatione sublata, vinculo excommunicationis percellas.

CAP. VIII. *Lucius tertius Norwicensi episcopo.*

Cum aduocatus clericum vnum idoneum præsentauerit episcopo, & postulauerit postmodum, eo non insti-

*Concil. Tom. 27.*

Ffff ij

tuto alium æque idoneum, in ecclesiam eandem admitti, quis eorum alteri præferatur, episcopi iudicio credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui competit ius præsentandi. Verum si collegium vel religiosa persona præsentationem habuerit, prior tempore, potior iure merito videtur.

C A P. IX. *Idem.*

Cum pastoralinecessitate constringamur, & auctoritate iniuncti nobis officii prouocemur pro statu ecclesiarum vigili cura satagere, & ne contra iuris ordinem alicui conferri debeant, attentiori sollicitudine prouidere: inde est, quod vniuersitati vestræ, &c. quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diocesani episcopi interueniat & consensus adsit, nullus vestrum sibi ecclesias vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi \* longa fuerit præscriptione munitus, aut postea diocesani episcopi forte habuerit consensum. Nos enim, cum laici non possint nisi ius quod habent transferre in alios, huiusmodi concessionibus viribus carere decernimus, & penitus irritas esse censemus.

C A P. X. *Idem.*

Relatum est auribus nostris, quod vos ius præsentandi clericos ad ecclesias, contra institutionem antiquam vestri ordinis, emptionis titulo & modis aliis satagitis adipisci, vt sub tali prætextu vobis liceat habere ecclesias, & per vos vel per alios detinere. Quoniam igitur non decet nos occasione qualibet vel obtentu ab antiquis Canonibus patrum nostrorum recedere, aut quidquam efficere, in quo possitis de vitio cupiditatis reprehendi: discretioni vestræ, &c. quatenus iura patronatus in ecclesiis, aut in ecclesiis de cetero acquirere desistatis, quia non expedit vobis, nec nos volumus sustinere, vt sub tali prætextu vobis vel ordini vestro derogetur. Sane vsque adeo vos & ordinem vestrum diligimus, vt in vobis quæ honestati & religioni contraria sunt, nullatenus fouere velimus: quia de vobis nil incommodi, nil volumus audire finistri.

C A P. XI. *Idem.*

Ea quæ honestatis doctorem deformant, & Canonum

ANNO  
CHRISTI  
1179.

probantur sanctionibus obuiare, penitus sunt euellenda, & falce apostolici moderaminis refecanda. Vnde quia cum ecclesia viuentibus personis aliis conferri non debeat, consultationi tuæ taliter respondemus, vt si quas concessionem ecclesiarum tui episcopatus, viuentibus personis, factas esse constiterit, & super hoc ventum fuerit ad iudicium, eas auctoritate vestra in irritum reuoces, & friuolas & vanas esse decernas.

CAP. XII. *Idem Londoniensi episcopo.*

Si vero aliquando ordinatio alicuius ecclesie ad tuam institutionem spectat, & pro controuersia laicorum de iure patronatus inter se discrepantium ordinationes malitiose differuntur: fas tibi sit de auctoritate nostra, nullius contradictione & appellatione obstante, in eadem ecclesia personam idoneam instituere, ita quod ipsa eadem presentetur ab eo, qui ius patronatus euicerit.

CAP. XIII. *Idem.*

Cum sæculum relinquitis, vt creatori vestro possitis in arce contemplationis placere, decet vos ab his quæ sunt obuia rationi, abstinere, & quæ reprehensioni subiaceant, aut vestram opinionem aut famam valeant denigrare. Inde est quod vniuersitati vestræ districtius per apostolica scripta prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, aliterve acquisite, vel etiam alio modo ius patronatus in ecclesiis parochialibus adquisieritis, in eis presbyteros, nisi per episcopos, instituatis: nec episcopo ita ius parochiale minuere vel auferre aliquatenus presumatis, excommunicatosque ipsius episcopi vel archidiaconorum suorum, contra authentica scripta Romanæ ecclesie, ad digna officia in capitulis vestris recipere non audeatis.

CAP. XIV. *Idem.*

Ex insinuatione dilecti filii nostri O. clerici accepimus, quod cum frater suus ius ei patronatus, quod in quibusdam ecclesiis in Lincolnensi & Saren. episcopatus constitutis habeat, liberaliter contulisse: easdem ecclesias quidam presbyteri alii occasione fratris sui prædicti O. sine

Ius patronatus licito donari.

Ffff iij

ipsius voluntate & consensu, per violentiam occupauerunt, & eas iniuste occupatas detinent. Quia igitur nostrum interest, quæ nimis inordinate ab aliquibus super ecclesiis attentantur, ad rectitudinis tramitem reuocare: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si ita sicut dictum est, cognoueris memoratos presbyteros earum ecclesiarum detentores, moneas, modisque omnibus inducas, vt easdem ecclesias prædicto clerico sine mora & difficultate restituant libere & pacifice ordinandas, & nullam ei exinde molestiam inferant vel grauamen. Quod si prædicti presbyteri commotioni tuæ acquiescere forte noluerint, tu ipsos excommunicationi, & terras si quas habent, omni occasione & appellatione cessante, interdicto subiicias, & in memoratis ecclesiis diuina facias cessare officia, quamdiu ab aliquibus, prædictorum militum auctoritate, occupatæ detinebuntur; quod si nec sic earundem ecclesiarum detentores resipuerint, ipsos, appellatione cessante, ecclesiastica censura compellas.

CAP. XV. *Idem.*

Consuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesias a parentibus constitutas, hereditario iure sibi vendicant, nec tibi volunt respondere: & de laicis, qui filiis vel nepotibus suis prædictas ecclesias dare nituntur. Cum autem sanctuarium Dei hereditario iure non possit teneri, & indignum sit penitus & absurdum, vt quilibet auctoritate propria ecclesias occupet, vel taliter occupatas detineat, nec te decet aliquatenus sustinere, vt in episcopatu tuo vel clerici ecclesias a parentibus fundatas, auctoritate propria detineant, aut laici filiis, vel aliquibus aliis ecclesias concedant.

CAP. XVI. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Ad aures nostras peruenit, quod R. & Vu. de Hortunius patronatus eiusdem loci ab eo, ad quem spectabat præsentatio, emerunt. Quibus decedentibus, R. filius Vu. iam dicti patris exemplo ius patronatus ecclesiæ emere non dubitauit, & canonicis de Stodleia tantas molestias intulit, persecutiones & grauamina, quod metu & dolo illius

ANNO  
CHRISTI  
1179

seducti, iuri suo penitus renuntiauerunt. Vnde cum ius patronatus annexum sit spirituali, nemini licitum est vendere illud. Discretionis tuæ, &c. quatenus vtraque parte ante te conuocata, rei veritatem diligentius inquiras, & si ita esse inueneris, prædicto R. super patronatu ecclesiæ, occasione & appellatione remota, perpetuum silentium imponas, & prædictis canonicis ius quod ibi habebant, si prior eorum metu captus, quod idem R. se abscissurum fide \* nititur, firmavit, eidem renuntiauit, integre facias restitui, non obstantibus literis nostris, si quæ sunt, tacita veritate, impetratæ.

Ius patro-  
natus anne-  
xū esse spi-  
rituali.

CAP. XVII. *Idem.*

De iure vero patronatus in præscripta ecclesia, hoc tuæ discretionis mandamus, quatenus si prædictus R. ius patronatus comparauit, cum hoc inconueniens sit & penitus inhonestum, vendi ius patronatus: contractum illum, sublato appellationis remedio, apostolica fretus auctoritate, non differas reuocare.

CAP. XVIII. *Idem.*

Nullus laicus decimas aut ecclesiam, aut quidquid ecclesiastici iuris est, sine concessione sui pontificis, nec monasteriis, nec canonicis offerat: & si quis episcopus improbitatis causæ & auaritiæ consentire voluerit, Romano pontifici nuntietur, & quod offerendum est, tunc eis licentia offeratur.

CAP. XIX. *Idem Norwicensi episcopo.*

Ceterum si episcopi post promotionem suam præsentationes personarum ad ecclesias a patronis ecclesiarum pro ecclesiis sibi commissis adepti fuerint, personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentauerint, sunt admit-tendæ.

CAP. XX.

*Idem abbati sancti Albani. Pars capituli: Inconsultum.*

De cetero si quis clericus ab ordinario iudice in aliqua ecclesia fuerit institutus, ad præsentationem ipsius qui eiusdem ecclesiæ credebatur patronus, & postea ius patronatus alius euicerit in iudicio: clericus qui institutus

Cum certū  
non esset,  
ipsū illiciti-  
tate occupas-  
se patrona-  
tum; alio-  
qui secus  
est.

est, non debet ab ipsa ecclesia remoueri, si tempore præsentationis suæ ille qui eum præsentauit, ius patronatus ecclesiæ possidebat. Si vero tunc non possidebat ius patronatus, sed tantummodo credebatur esse patronus, cum tamen non esset, nec possessionem patronatus haberet, secundum consuetudinem Anglicanam poterit ab eadem ecclesia remoueri. Donationes vero vel concessiones, si quæ fiant priuatis personis, illis uiuentibus quæ ipsas ecclesias possident, nullius debent esse momenti. Si fiant religiosi locis, ratæ debent haberi, ita quidem quod personæ, quæ iam dictas ecclesias possident, sine assensu ipsorum in uita sua eis non debent spoliari.

CAP. XXI. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum nos plerumque ordinationes clericorum oporteat differre, pro eo quod quandoque minus idoneæ personæ præsentantur, aut interdum inter nos & præsentatores personarum alia de causâ radix dissensionis emerferit: prouidendum est, ne occasione huius scandali aut fructus ecclesiis depereant, aut eis in spiritualibus grauiâ proueniant detrimenta. Inde est quod fraternitati tuæ, &c. quatenus si quando in illis ecclesiis vacantibus, in quibus persona ecclesiastica præsentationem non habet, vel quia personæ minus idoneæ uobis præsentantur, vel alia de causâ de iure personas non poteris instituere in ecclesiis ipsis, contradictione & appellatione cessante, ponatis œconomos, qui debent redditus ecclesiarum percipere, & eos aut in utilitatem ecclesiarum expendere, aut futuris personis fideliter obseruare.

Distinct. 75.  
Quoniam.

CAP. XXII. *Idem.*

Dilecti filii nostri decanus Eboracensis & prior de Neubure, quibus causam quæ inter canonicos de Giseburne & R. clericum super ecclesia de Cradun, uertitur, commisimus terminandam; transmissa nobis relatione monstrauerunt, quod canonici concessionem domini fundi habeant: R. vero donationem uenerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, & non domini fundi, se habuisse probauit. Vnde quoniam donatio ecclesiarum ad episcopos pertinet, & ad laicos assensum



ANNO  
CHRISTI  
1179.

sum præbere spectat, eisdem significamus, quod si res ita se haberet, videbatur nobis, concessionem archiepiscopi donationi laicali debere præiudicare: quia sicut diximus, episcoporum est ecclesiarum beneficia conferre: laicorum vero, qui in ecclesia ius patronatus habent, assensum præbere. Quibus in concessionibus ecclesiarum illud obseruandum est, quod sancti patres seruare noscuntur.

CAP. XXIII. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod cum ecclesiæ de \*Ochona, & de Maleffart, & de \* Leinder, de assensu domini fundi, & auctoritate Eboracensis archiepiscopi, ecclesiæ beati Petri Eboracensi concessæ & assignatæ sint in præbendam, canonici de Nouoburgo concessionem illam attenuare & irritare nituntur, occasione donationis, quam sibi asserunt prius factam fuisse. Vnde quoniam licet in donationibus ecclesiarum requirendus sit & expectandus patronorum consensus, ecclesiæ tamen ipsæ, nisi auctoritas pontificalis interuenerit, canonicè concedi non possunt: vniuersitati vestræ significamus, quod prior concessio, si cum consensu patroni & auctoritate diocæsani episcopi facta est, aut eius fuerit assensus postea subsequutus, posteriori concessioni præfertur. Alioquin illa debet præferri, quamuis posterius facta sit, quæ consensu domini fundi & episcopi auctoritate fulcitur.

## CAP. XXIV.

*Idem vniuersis monachis regularibus per Cantuariensem prouinciam constitutis.*

Cum deceat nos commodis & profectibus ecclesiarum firmiter intendere, nobis summo opere competere dignoscitur, vt earum ordinationibus tanto studiosius intendamus, & ne inordinatæ remaneant, vigilem curam, & sollicitudinem adhibeamus: inde est quod vniuersitati vestræ, &c. vt in ecclesiis, in quibus præsentationem habetis, cum vacauerint, diocæsani episcopis clericos idoneos præsentetis, qui illis de spiritualibus, vobis de temporalibus debeant respondere.

Concil. Tom. 27.

Gggg

CAP. XXV. *Idem Panormitano episcopo.*

Insinuatum est auribus nostris, quod quidam clerici tui episcopatus, ecclesias ipsas ad tuam ordinationem pertinentes, sine auctoritate & conscientia tua, in manibus aduocatorum resignant: quod quia indignum, & sacris Canonibus omnino contrarium, nec aliquatenus debet tolerari; fraternitati tuæ taliter respondemus, quod huiusmodi renuntiationes non debes aliquatenus ratas habere, nisi sint ab eisdem factæ, quos religionis habitum constat induisse: sed ipsos clericos, ut eleemosynas retineant, quibus tali modo renuntiant, teneris compellere, dignam eis pro tantæ leuitatis & culpæ reatu infligere ultionem: quia nec debent nec possunt ecclesias suas resignare, nisi in manibus episcoporum, ad quorum donationes pertinere noscuntur.

## CAP. XXVI.

*Clemens papa III. episcopo VVigornienfi, & abbati de Theokesbr. & priori sancti sepulcri de VVarouic.*

Referentibus nobis canonicis de Kinildevvrde, accepimus, quod cum controuersia quæ vertebatur inter ipsos & clericos de \* Gnoshale, super ecclesia de Cule, fuisset dilectis filiis nostris de Cumbermere & de Derlee abbatibus, & archidiacono Couentrensi ab apostolica sede commissa canonicè dirimenda, procurator R. militis de Stanford, qui ius habet defensionis in illa ecclesia, sentiens partem canonicorum iniuste grauari, cum ipsi clerici illam contra antiquam libertatem vellent iurisdictioni capellæ suæ de \* Gnofale subiugare, vocem appellationis ad sedem apostolicam emisit. Iudices vero appellationi legitime interpositæ minime deferentes, in decisione controuersia, absente altera parte, processerunt. Quia vero ipsi canonici iuri suo in hoc queruntur plurimum derogari, discretioni vestræ per A. S. præcipiendo mandamus, quatenus partibus ad vestram præsentiam conuocatis, audiatis causam, & appellatione remota, mediante iustitia terminetis. Datum Laterani, 10. Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

## DE VSVRIS.

PARS XVI.

## CAP. I.

*Alexander III. Panormitano archiepiscopo.*

Super eo quod a nobis tua discretio postulauit, vtrum possit in recipienda pecunia ad vsuram, fieri dispensatio, vt pauperes qui in Sarracenorum captiuitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari: presentibus tibi literis duximus respondendum, quod cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam non vidimus admittendam, quia cum scriptura sacra prohibeat vel pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendum est, ne quis in redimenda vita captiui, vsurarum crimine inuoluatur.

## CAP. II.

*Idem Ianuensi episcopo. Pars capituli; Tua fraternitas.*

In ciuitate tua dicis saepe contingere, quod quidam piper seu cyminum, aut alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent, & promittunt per publicum instrumentum, se illis a quibus merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos. Licet autem contractus huiusmodi ex forma non possit censerī nomine vsurarum, nihilo minus tamen venditores peccatum incurrunt: nisi dubium sit, merces illas plus minusve tempore quo precium debent recipere, valituras: & ideo ciues tui salutis suæ bene consulere, si a tali contractu cessarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

CAP. III. *Idem.*

Quoniam non solum viris ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est, vsurarum lucris intendere: auctoritate presentium tibi duximus iniungendum, vt liceat tibi clericos tuos, qui de possessionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem suam deductis expensis receperunt, ad eadem pignora restituenda sine vsurarum exactione, ecclesiastica distictione compellere.

CAP. IV. *Idem Vigilenſi epiſcopo.*

Debitores autem ad ſoluendas uſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent, niſi eas iuramento ſoluere teneantur. Si uero de ipſarum ſolutione iuramentum fecerint, cogendi ſunt Domino reddere iuramentum, ut a creditoribus abſoluantur: & cum uſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas eccleſiaſtica, ſi neceſſe fuerit, cogendi ſunt ſeueritate.

CAP. V. *Idem Salernitano epiſcopo.*

Cum ſicut tu aſſeris, manifeſtos uſurarios, ſcilicet qui in illo deceſſerunt peccato, communionem altaris & eccleſiaſtica, iuxta decretum noſtrum nuper in Concilio promulgatum, præceperis ſepultura priuandos, donec reddant quæ tam prauè receperint: quidam eorum dicunt ad ſoluendas perceptas uſuras, proprias non ſufficere facultates: alii uero promittunt ſe partes uſurarum quas habent præ manibus, reddituros: ſed alias quas extorſerunt uſuras, cum de his poſſeſſiones comparatæ ſint, & eorum filiis uel parentibus traditæ, ſe non poſſe reddere profitentur. Alii vero ad excuſandas excuſationes in peccatis, impudenter affirmant, illas dumtaxat uſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ, nec aliquos ad ſoluendas uſuras, quas ante interdictum receperant, debere compelli. Super his diſcretionem tuam reſpondemus, quod ſiue ante, ſiue poſt interdictum noſtrum uſuras receperint, cogendi ſunt ſub pœna quam ſtatuiſmus in Concilio, eas his, a quibus extorſerint, uel eorum heredibus reſtituere: uel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare, dummodo in facultatibus habeant, unde ipſas reſtituere poſſint, cum iuxta uerbum beati Auguſtini, non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Illi autem qui non habent in facultatibus, de quibus uſuras ualeant reſtituere, non debent pœna illa mulctari, cum eos nota paupertas excuſet. Poſſeſſiones uero quæ de uſuris comparatæ ſunt, uendi debent, & ipſa præcia his a quibus uſuræ extortæ ſunt, reſtitui, ut ſic non ſolum a pœna iſta, ſed etiam a peccato, quod per uſurarum extorſiones incurrerunt, poſſint liberari.

Pfal. 140.

Reſtitutio uſurarum.

ANNO  
CHRISTI  
1179.ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. VI. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Super eo quod nos consulere voluisti, vtrum clericus sit cogendus vsuras creditori soluere, prudentia tua taliter respondemus, quod cum periculosum sit omnibus Dei fidelibus vsuras recipere, ad earum solutionem nullus Christianus est cogendus, nisi iuramento vel fide eas soluere teneatur: sed potius creditores ab vsurarum exactione, ecclesiastica debent coerceri sententia.

CAP. VII. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod cum Petrus de Vrsiton tempore guerra, qua fuit inter carissimum filium nostrum Henricum illustrem regem Anglorum & filios eius, quibusdam hominibus pro tuitione regni Francorum, pecuniam certa summa permutasset, ab eis quasdam possessiones & redditus recepit in pignus; ipsos etiam sibi iuramenti religione adstrinxit, quod ei super possessionibus & redditibus illis, donec sibi mutuam soluerent pecuniam, nullam molestiam vel grauamen inferrent. Licet autem de possessionibus illis & redditibus praefatus Petrus nondum sortem suam, sicut asserit, deductis expensis, receperit: quia tamen tu frater archiepiscope propter hoc eum vinculo excommunicationis adstrinxisti, exinde cogimur literas nostras vobis destinare, praesertim cum ipse, sicut asserit, sorte velit esse contentus. Inde est quod fraternitati tuae consulenti, &c. quatenus percepta a praefato P. sufficienti cautione, quod exinde mandato vestro debeat parere, ipsum contradictione & appellatione cessante, a sententia qua tenetur, auctoritate nostra penitus absolvas: & deinde debitores, qui sibi praedictas possessiones & redditus contra iuramentum suum subtraxisse dicuntur, si ita est, ecclesiastica censura compellas, vt possessiones illas & redditus eidem Petro dicto appellatione cessante restituant: nec sibi de cetero contra iuramentum molestias inferant, donec ei pecunia soluatur. Quia non est tutum cuilibet, sed periculosum potius, religionem infringere iuramenti. Cum autem praedicto P. pecuniam suam, sicut iurauerunt, persoluerint, vos ipsum ad restituendum quidquid eum nouis deductis expensis vltra sortem rece-

Gggg iij

pisse constiterit, studiose monere curetis & diligenter inducere: & si commonitus id non fecerit, ipsum remoto appellationis obstaculo, in eandem excommunicationis sententiam reducas: quia sicut periculosum est debitoribus suum infringere iuramentum, ita non minus periculosum est creditoribus retinere quod pro vsuris receperunt, cum sit vsurarum crimen detestabile plurimum & horrendum, & vtriusque testamenti pagina condemnatum.

CAP. VIII. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Nihilo minus præcepimus tibi præsentium auctoritate, vt si qui sunt in parochia tua, qui sortem suam \* de fructibus arborum vel animalium, deductis expensis, receperint, eos moneas & per excommunicationis sententiam compellas, sublato appellationis remedio, vt debitoribus suis pignora ipsa sine difficultate & dilatione restituant.

CAP. IX. *Idem in Turonensi Concilio.*

16. Quest. 7.  
Demas 14.  
quest. 4. Ab  
illo.

Plures clericorum eorum, quia præsens sæculum professione vocis & habitu religionis reliquerunt, communes vsuras quasi manifestius damnatas non excercent, commodata autem pecunia indigentibus, possessiones eorum in pignus accipiunt, & fructus prouenientes recipiunt vltra sortem. Idcirco generalis Concilii decreuit auctoritas, vt nullus amodo in clero constitutus, vel hoc, vel aliud vsuræ genus exercere præsumat: & si aliquis hæcenus possessionem alicuius data pecunia sub hac specie in pignus acceperit, si sortem deductis expensis de fructibus iam perceperit, absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus haber eo recepto quod deest, possessionem ei resignet. Si autem quis in clero extiterit, qui detestandis sibi lucris vsurarum insistat, ecclesiastici beneficii periculum patiat: nisi forte beneficium ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei de manu laicali videatur.

CAP. X. *Idem.*

Ex transmissa nobis conuestione T. & matris eius innotuit, quod pater eius qui est de hac luce subtractus, terram suam de \* Dullis, monachis de VVardone pro qua - \* Dullis

ANNO  
CHRISTI  
1179.

dam pecuniæ summa, pignori obligavit: qui licet exinde sortem suam & ultra receperint, eam tamen sibi reddere contradicunt. Quia vero vsurarum crimen Deo & hominibus abominandum existit, & tanto grauius in ecclesiasticis & religiosis personis est reprehendendum, quanto magis se & alios e peccatorum laqueis tenentur eruere: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit quod prædicti monachi de præfata terra sortem suam deductis expensis receperint, eos attentius moneas, & si necesse fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas, vt memorato  
\* T. & matri eius prædictam terram absque difficultate restituant pacifice possidendam.

\* Tella-  
leyū

DE IVRAMENTIS SERVANDIS. PARS XVII.

CAP. I. *Idem.*

**S**I vero aliquis quemquam grauissimo metu sub religione iuramenti ius suum refutare coegerit, ipsum quoque sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti, alter, an neuter, id habere debeat, hoc tibi duximus respondendum, quod non est tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale fuerit iuramentum, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ: nec nos cuilibet ex responsione nostra volumus dare materiam contra iuramentum suum venire, ne auctores periurii esse videamur. Vnde aliquando in Romana ecclesia a pluribus & a prædecessoribus nostris factum esse recolitur, quod clerici, qui coacti ecclesiæ ministerium abiurauerunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt: & ad coercendam improbitatem eorum, qui ecclesiasticos viros ad præstandum illud iuramentum impulerant, permisi sunt in eadem ecclesia ministrare.

CAP. II. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Insinuatum est nobis ex parte Vu. quod cum ipse capellam de N. canonicè fuisset adeptus, canonici de Lanstanet super eadem ecclesia huiusmodi conuentionem fecerunt, quia ipsi eamdem ecclesiam tenere a præfato Vu. & exinde ei annum canonem deberent persolvere. *Et infra:*

Sed quia compositio eorum huic fuit damnosa, de iuramento violato pœnitentiam recipiant, & prælibatam ecclesiam prædicto clerico restituant.

ANNO  
CHRIST.  
1179.

CAP. III. *Idem Santonensi & \* Bilonensi episcopis.*

De rescripto quod nobis est præsentatum, manifeste nobis innotuit, R. quondam \* Treuorensē abbatem cum VV. super summa septem millium solidorum taliter conuenisse, &c. *Et infra*: Super hoc quidem prædictus abbas de monachis obsides quosdam dedit, qui de obseruanda conuentione iuramentum dederunt, vt si ipsi decesserint, alii monachi loco eorum in ostagio reuerterentur. Insuper si dicti monachi fidem non seruarent, abbas dedit eidem VV. I. & eius vxorem fideiussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Si ita est, tam abbatem & monachos qui iurauerunt, quam I. & eius vxorem studiose monere curetis; vt sicut iurauerint, eandem coniurationem faciant adimpleri. Si vero commonitionem vestram facere neglexerint, eidem abbati & monachis ingressum ecclesiæ interdicatis, & in terra præfati I. & vxoris eius vsque ad dignam satisfactionem inhibeat diuina officia celebrari.

CAP. IV. *Idem Norwicensi episcopo.*

Tua nos fraternitas duxit consulendos, cui standum sit iuramento, cum clericos quidam religiosi iurifurandi religione constringunt ad maiorem pensionem soluendam, vel præstandum aliquid nomine beneficii, præter solitam pensionem. Cum autem instituuntur ab episcopis, iurant quod antiquam pensionem & solitam non augebunt. Tuæ igitur consultationi breuiter respondemus, quod posterius iuramentum, quod ratione & Laterani Concilii auctoritate iuuatur, primo præiudicat, quod de cupiditate processit. Iustum est autem, vt clerici sic perplexi, pro periurio quod vitare non possunt, ab ecclesiis perpetuo excludantur.

CAP. V.

*Idem Londoniensi & VVigornensi episcopis.*

Querelam R. clerici Lincolnensis ecclesiæ accepimus, quod



ANNO  
 CHRISTI  
 1179

quod cum VV. Saluagius clericus ei duos Byzantios nomine ecclesie de Stantun, annis plurimis perfoluisset, & se illos annuatim perfoluturum interposito sacramento firmasset, contempta religione sacramenti, iam per biennium ab huius pensionis cessauit solutione: quoniam igitur non tenentur ecclesias regere, qui sunt crimine irretiti periurii; fraternitati vestrae, &c. quatenus partes ante presentiam vestram conuocetis, & super his rei veritatem curetis diligenter inquirere: & si vobis constiterit, memoratum VV. contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate, a pensionis solutione cessasse, ipsum a prescripta ecclesia, auctoritate nostra, contradictione & appellatione cessante, remouere curetis: & ecclesiam ipsam prefato R. restituere minime differatis; & ipsum faciatis eam pacifice possidere.

C A P. VI. *Idem Londoniensi episcopo.*

Si Stephanum contra compositionem fidei interpositione firmatam venisse constiterit, nisi manifestam rationem poterit allegare, ipsum prefata ecclesia & beneficiis eius, appellatione cessante, non differas spoliare, & eam VV. cum integritate resignes.

\* f. Item

C A P. VII. \* *Idem ex registro Gregorii.*

Peruenit ad nos, Laodicenum episcopum ab Arnulpho comite rebus suis spoliatum, & ad nequitiae augmenta gladiis iurare compulsus, quod ablata nunquam repereret, & huius tanti sceleris veniam sibi impetrasse rogat. Cognita itaque contumelia, valde doluimus, asserentes eius fraternitatem nullius iuramenti vinculis posse adstringi, quia nefandissima coactione iurauerat; eum tamen apostolica auctoritate absoluiamus.

DE CLERICIS MATRIMONIO PARS XVIII.  
 COPVLATIS, VEL ALIIS FORNICARIAS  
 habentibus.

C A P. I. *Alexander III. Salernitano episcopo.*

CLERICOS autem in sacris ordinibus constitutos, qui in domibus suis propriis publice detinent concubinas,  
*Concil. Tom. 27.* H h h h

adeas abiurandas volumus a tua fraternitate compelli, ne in eandem fornicationem instinctu diabolicæ fraudis redeant, & insuper reatum periurii incurrant. Vnde ipsos per suspensionis & interdicti sententiam arctius cogere debes, vt mulieres ipsas ita a se remoueant, vt de ipsis sinistra suspicio non habeatur.

## CAP. II.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis.*

Sicut ad extirpanda vitia, quæ periculum pariunt animarum, summopere nos decet intendere, ita etiam nos conuenit germina virtutum propagare, ex quibus Dei fidelibus salutis augmentum, & sacris ecclesiis decor proueniat honestatis. Vnde cum in Anglia praua & detestabili consuetudine & longo tempore fuerit obtentum, vt clerici in domibus suis fornicarias habere volentes, tam graue scandalum a populo remouere, & in prædictos clericos ad honestatem ecclesiasticam reducere, fraternitati vestræ, &c. quatenus clericos iurisdictionis vestræ, qui in subdiaconatu & supra in domibus suis fornicarias habent, studiose monere curetis, vt a se illas, occasione & appellatione cessante, remoueant, eas vltius non admittunt. Si vero infra 40. dies post commonitionem vestram vobis in his forte acquiescere contempserint, eos auctoritate apostolica, appellatione remota, ab ecclesiasticis beneficiis vsque ad congruam satisfactionem suspendatis: & si eas suspensi detinere præsumperint, ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo remouere curetis. Si qui autem clericorum ipsorum infra subdiaconatum accipiant vxores, ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica, si quæ habent, & retinendas vxores suas ecclesiastica distictione compellatis. Sed si forte in subdiaconatu & aliis superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur, eorum vxores dimittere, & penitentiam agere de commisso, auctoritate nostra per suspensionis & excommunicationis sententiam appellatione postposita, compellatis.

In subdiaconatu matrimonium soluendum.

CAP. III. *Idem Londoniensi episcopo.*

Vniuersalis sollicitudo ecclesiæ, quam (prouidente Domino) gerimus pro ecclesiarum statu, nos compell-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

lit propensiori cura satagere, & vt secundum Deum & iustitiam disponamus, vigilem diligentiam & studium adhibere. Accepimus autem, quod plerique in tuo episcopatu degentes, cum essent in acolytatus officio & infra constituti, vxores duxerint, & nihilo minus ecclesias, quas prius habebant, detinere præsument. Vnde quoniam & vxorati diuisi sunt, eos cogitare oportet, quomodo vxoribus placere valeant & seruire, obsequiis solummodo diuinis non possunt intendere: fraternitati tuæ, &c. quatenus prædictos viros ecclesias libere & absolute dimittere, appellatione cessante, compellas, & aliis eas personis idoneis, in sacris ordinibus constitutis, concedas. Verum si qui illorum aliquando in eisdem ecclesiis simplex prius beneficium habuerint, ipsum eis, excepto \* magistro ecclesiarum, sub dissimulatione dimittere poteris.

\*magist-  
rio

CAP. IV.

*Idem Hipponensi & Salernitano episcopis. Pars capituli; Continebatur.*

Super eo quod asseris, quosdam viros tuæ iurisdictionis in sacris ordinibus constitutos, matrimonium contraxisse: hoc tuæ prudentiæ respondemus, quod si qui in diaconatu & supra matrimonium contraxerint, cogendi sunt vxores dimittere & continenter viuere, ita quod post actam pœnitentiam ex dispensatione possint in suis ordinibus ministrare. Si vero subdiaconi contraxerint matrimonium, eos dummodo ante \* tale fuerint, quod timendum sit, ne pro vna pluribus abutantur, dissimulare poteris cum suis mulieribus remanere: quia tolerandum est malum, vt peiora vitentur.

CAP. V.

*Idem Herefordensi episcopo. Pars capituli; Super eo quod quæsitum est.*

Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti, diu ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorum nostrorum habuere, a quibus sine magno discrimine ac effusione sanguinis non possunt priuari, fraternitati tuæ id duximus respondendum, vt quia ibi natio & barbarica gens, & multitudo est in causa, eos sub dissimula-

Simplex  
beneficium  
clerico con-  
iugato con-  
cedi cum  
dissimula-  
tione.

Concil. Tom. 27.

Hhhh ij

Quod indulget in  
præteritū;  
vetat in fu-  
turum.

tione sustineas ecclesiastica beneficia tam diu habita possidere, prouisurus attentius, ne deinceps clericis coniugatis ecclesiastica beneficia conferantur. Sed nec eorum aliqui ad sacros ordines vel ecclesiarum administrationes admittantur, nisi castitatem forte uouerint, & perpetuo seruent, & qui vnicam & virginem habuerint vxorem.

CAP. VI. *Idem Vuigorniesi episcopo.*

Inter cetera sollicitudini tuæ conuenit studiose diligenterque attendere, vt tales ecclesiis tuæ gubernationi commissis ministros ordines & proponas, qui domui Domini sciant decenter disponere, & populo Domini sciant præesse & prodesse. Peruenit autem ad audientiam nostram, quod quidam in tua diocesi commorantur, qui se ecclesiasticæ professionis esse fingentes, cum tamen ecclesiastica beneficia habeant matrimonium contrahunt, & adepta beneficia nihilo minus obtinere contendunt. Alii autem, licet filii sacerdotum existant, patribus suis quasi iure hereditario succedunt: & in his postmodum constituti, minus licite promouentur. Quod quia indignum est, & sanctorum Canonum institutionibus noscitur penitus obuiare: fraternitati tuæ, &c. quatenus illos qui infra subdiaconatum matrimonium contraxerunt, a suis vxoribus nulla ratione permittas diuertere: nisi de communi consensu illi ad religionem transire uoluerint, & ibi in Dei seruitio iugiter commorari. Si autem cum vxoribus uixerint, ecclesiastica beneficia, quæ ad illos tantum, qui assidue in Dei seruitio persistunt, spectare noscuntur, non debent ullatenus obtinere. Illi uero qui in subdiaconatu & supra ad matrimonium conuolauerunt, possunt & debent mulieres inuitas & renitentes relinquere: nec huiusmodi coniunctio matrimonium, sed contubernium est potius nuncupandum.

Distinct. 24.  
Presbyteris.  
Dist. 17.  
Mulieris.

CAP. VII. *Idem eidem in eadem epistola.*

De sacerdotibus publice fornicarias habentibus dilectioni tuæ nihilo minus præcipiendo mandamus, vt eos diligenter conuenias, & attentius commoneas, vt fornicarias suas dimittant, & a se prorsus expellant. Quod si forte admonitionem tuam facere contempserint, sed in immunditia sua duxerint persistendum, tu eos, appellatione

ANNO CHRISTI 1179. remota, ab omni officio & beneficio ecclesiastico non differas spoliare.

CAP. VIII. *Idem Londoniensi episcopo.*

Si autem clerici tuæ iurisdictionis, siue sint in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti, fornicarias detinent, nisi eas ad secundam & tertiam commonitionem tuam a se dimiserint, eas contempturi, de cetero liceat tibi eos ecclesiis vel earum portionibus, si quas habent, appellatione postposita, spoliare, & ipsis diuina officia interdicerere.

CAP. IX. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Super eo quod asseris A. presbyterum fornicariam detinere, & eum ad crebram admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio suspensum, prudentiæ tuæ respondemus, quod si super hoc appellatum fuerit ad præsentiam nostram, si contigerit ipsum ad nos accedere, prout expedire viderimus, petitionem eius & audaciam corrigemus. Si vero non venerit ad præsentiam nostram, suspensionis sententiam in eum propter hoc latam, tam diu volumus obseruari, donec fornicariam suam a se abiiciat, & viuat (sicut decet presbyterum) continenter. Porro si literas a nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant, nolumus ipsas sibi prodesse.

CAP. X. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum in Cantuariensi prouincia, vbi legationis officio fungeris, quod tibi commisimus, multi clerici sint, qui in domibus suis fornicarias habere dicuntur: satis graue est, quod in spurcitia vitiorum eorum eos permanere permittas, qui ad refecanda vitia & præparandas virtutes diligens omnino & sollicitus esse deberes. Vnde fraternitati tuæ, &c. quatenus si qui clerici prouinciæ tuæ concubinas vel fornicarias habent, eos constanter admoneas, & si opus fuerit, ecclesiastica districtione compellas, vt concubinas & fornicarias a se, dilatione & appellatione postposita, prorsus amoueant, eas vel alias nequaquam vltius admitturi. Si qui autem eorum ita fuerint pertinaces, quod noluerint in

Hhhh iij

hac parte mandatis parere, ipsos ab ecclesiis quas habent, appellatione remota, non differas poliare.

## CAP. XI.

De cetero quia Stephanus clericus \* Deuellentin. in archidiaconatu prædicti archiepiscopi adulteram in domo sua & commatrem dicitur detinere: si hoc publicum est & manifestum, ob tantum excessum, animaduersione debita nullius contradictione & appellacione obstante, corrigas.

CAP. XII. *Idem.*

Infamiam  
aboleri post  
actam pœ-  
nitentiam.

De diacono qui in sabbato sancto quemdam alium diaconum vulneravit, & mulierem vxoris nomine suscepit, hoc prudentiæ tuæ duximus respondendum, quod si contrito & humiliato animo ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa quam in vxorem accepit, cum non possit (sicut nostri) contrahere matrimonium, ipsum recipere potes & absolueres a sententia excommunicationis, quam pro violenta manuum iniectioe noscitur meruisse; & iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu, post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, & etiam dispensatiue, si perfectæ vitæ & conuersionis fuerit, in presbyterum ordinare.

CAP. XIII. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Malum dis-  
simulari.

Significatum est nobis, quod quidam subdiaconi in tua diœcesi commorantes, matrimonium contrahere præsumpserunt, & sicut laici quilibet cum vxoribus commorantur. Vnde quoniam id, sicut tua non ignorat discretio, sacrorum Canonum obuiat institutis: fraternitati tuæ, & quatenus cuiusmodi vitæ subdiaconi ante contractum matrimonium extiterint, & quales futuri credantur, si vxores dimiserint, diligenter ac studiose inquiras: & si eos honestæ vitæ ante contractum matrimonium fuisse, aut dimissis illis quæ vxores eorum esse dicuntur, caste victuros credideris, tu ipsos mulieres a se dimittere moneas diligentius, & appellacione remota, districte compellas. Si autem antea dissolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimissis, in deteriora lapsuri credantur, & plures pro vna frequentare: tu id dissimulare poteris, & pro grauiori lapsu

ANNO  
CHRISTI  
1179.

vitando, quod in simul maneant sustinere: ita tamen quod ad altaris ministerium non accedant, nec ecclesiastica beneficia percipiant. Verumtamen si tales \* aliqui ecclesiarum personas gerunt, aut ecclesias, aut uxores prorsus dimittere sunt cogendi.

## CAP. XIV.

*Idem decano & canonicis Lincolnensibus vel Lemouicensibus.*

Cum institisset apud nos lator presentium H. parochianus vester, ut de ordine subdiaconatus, ad quem recipiendum \* minus enormiter & inordinate se ingesserat, cum eo misericorditer ageremus, ne potuisset, sicut nec debuerat, in parte proficere: tandem tamen a nobis licentiam postulavit, ut posset sibi aliquam in matrimonio copulare. Nos itaque studiosius attendentes, quomodo predictus ordo cum nullam sibi dignitatem attulerit vel honorem, matrimonium eius non impedit, discretioni vestrae, &c. quatenus si matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus vestrum eum a contracto matrimonio predicti ordinis obtentu prohibere presumat, nec sibi propter hoc molestiam inferat vel grauamen.

CAP. XV. *Idem VVigornensi episcopo.*

Ex parte prioris & fratrum de VVellebec nobis innotuit, quod C. presbyter, qui habet vicariam in ecclesia ipsorum de Hortun, publice concubinam tenet, & sicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubescit. Sed quia indecens & rationi contrarium est, ut ii qui altario seruiunt, feminarum amatores sint, cum eos sobrios & castos esse oporteat: fraternitati tuae, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si eum talem inuenieris, qualis esse describitur, ipsum ab eadem ecclesia, occasione & appellatione cessante amoveas.

PARS XIX.

DE ORDINATIONE  
FILIORVM SACERDOTVM, ET EISDEM  
in ecclesiis paternis non tolerandis.

## CAP. I.

*Idem VVigornienſi epiſcopo.*

CONQVERENTE nobis Milone clerico, quod cum R. presbyter ecclesiam beatæ Mariæ de \*VVicun, tanquam persona diutius habuisset, & post mortem eius idem Milo a Richardo Paciford domino fundi tibi fuisset præsentatus, R. filius presbyteri in sacerdotio genitus, institutionem ipsius clerici visus est impedire, & ad habendam eandem ecclesiam modis omnibus, quibus potest, adspirat. Quoniam igitur indignum est, & canonicæ obuiat functioni, vt filii debeant patribus in ecclesiis succedere: nos ad enormitatem istam eradicandam solícite volentes & diligenter intendere, fraternitati tuæ, &c. quatenus si publicum est & notorium, patrem prædicti R. in præscripta ecclesia personatum habuisse, filium eius ibidem ministrare, aut eiusdem ecclesiæ personatum habere nullatenus patiaris. Sed si forte \* aliqua causa institutus est, ibi \*<sup>alia</sup> eum, appellatione remota, auctoritate nostra non differas amouere, & memoratum Milonem, sicut fuerat ad ipsam ecclesiam præsentatus ab eo, ad quem præsentatio spectare dinoscitur, ibi, dummodo alias idoneus sit, contradictione & appellatione cessante, non postponas recipere, ipsumque facias prædictam ecclesiam quiete possidere.

CAP. II. *Idem Dunelmensi epiſcopo.*

Quod super his, de quibus dubitas, a nobis postulas edoceri, & ab animo tuo dubitationem auferri, sollicitudinem tuam & diligentiam, sicut dignum est, commendamus: & consultationi tuæ libenter in eo quod possumus respondemus. Inde est quod a nobis deuotio tua postulauit, vtrum filii sacerdotum, si idonei inuenti fuerint, ad sacros ordines promoueri possint, vel eis cura animarum committi. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod filii sacerdotum, nisi in monasterio vel canonia regulari, si probatæ



ANNO  
CHRISTI  
1179.

probata vitæ fuerint & conuersationis habiti, ad diaconatum vel sacerdotium non debent admitti.

CAP. II. *Pars capituli; Ex insinuatione.*

Ad præsentiam nostram accedens R. presbyter, tacita veritate quod esset filius sacerdotis, per fraudem a nobis literas impetrauit, vt ecclesia de Bilesbi, in qua R. pater eius ministrauerat, capellanus existeret. Quia vero nulli Fraus & dolus nulli debet esse bono. fraus vel dolus patrocinium præstare debet, discretioni tuæ, &c. quatenus infra 40. dies post harum literarum susceptionem, rei veritatem diligenter inquiras: & si tibi constiterit, quod memoratus R. sit in sacerdotio genitus, & quod pater eius in eadem ecclesia ministrauerit, non obstantibus literis nostris, ipsum exinde, omni occasione & appellatione cessante, amoueas.

CAP. IV. *Idem VVigornensi episcopo.*

Præsentium tibi auctoritate iubemus, vt filios sacerdotum in paternis ecclesiis ministrare, vel eas occasione aliqua obtinere nullatenus permittas, & ipsos ab ecclesiis in quibus patres eorum ministrare noscuntur, cessante omni appellationis obstaculo studeas penitus amouere.

CAP. V. *Idem Londoniensi episcopo.*

Veniens ad præsentiam nostram VV. presbyter lator præsentium, supplici nobis assertionem proposuit, quod cum ipsum ad ecclesiam sancti Laurentii de Nouoburgo, quam ei concessisti & assignasti, articulasses, & ad eandem in presbyterum ordinasses, ipsum postea præscripta ecclesia spoliasti, eo quod pater eius in præscripta ecclesia ministravit. Quia vero ad nostrum spectat officium, viris ecclesiasticis paterna prouisione consulere, fraternitati tuæ, &c. quatenus si tibi innotuerit, quod pater eiusdem presbyteri in præscripta ecclesia ministrauerit, quando eum instituiti, ipsam eidem, dilatione & appellatione cessante, in pace dimittas, amoto alio si quem instituiti. Verum si te ignorante, quod pater eius in eadem ecclesia ministrauerat, ipsam ei assignasti, ex quo ad ecclesiam ipsam eum in presbyterum ordinasti, sibi restituas, donec in alia ecclesia ei prouideas, vnde honeste valeat sustentari, & sibi nullam super præscripta ecclesia molestiam vel grauamen inferas.

Concil. Tom. 27.

Iiii

CAP. VI. *Idem B.*

Proposuit nobis presentium lator R. quod cum ipse ad ecclesiam de Salesbi a domino fundi fuisset presentatus, tu causam animarum noluisti sibi committere, vel huic rei assensum tuum prestare, pro eo quod erat filius sacerdotis. Super quo itaque discretionem tuam, sicut dignum est, in Domino commendamus, & providentiam tuam gratam gerimus, accommodam & acceptam. Ceterum quia necessitatibus eius & laboribus, quos ad nos veniendo sustinuit, in tanta mentis affectione compatimur: indignum est autem, ut postquam ipse in subdiaconatum est ordinatus, omni debeat ecclesiastici beneficii susceptione carere: discretionem tuam per A. S. monemus, ut aliquem honestum presbyterum cum assensu eiusdem presbyteri infra 46. dies post harum literarum susceptionem, contradictione & appellatione cessante, inuenire studeas, qui eidem ecclesie deseruiat, ita quidem, quod prefatus R. medietatem omnium beneficiorum prescripte ecclesie in suo ordine seruiendo diuino intuitu, quoad vixerit, nostra & tua auctoritate pacifice debeat obtinere. Non enim solus presbyter Missarum solennia vel alia officia potest sine ministri suffragio celebrare.

## CAP. VII.

*Idem Sarensi & Exoniensi episcopis.*

Suggestum est nobis, quod cum I. dicatur filius sacerdotis, &c. *Et infra:* Quia manifestum est & publicum, patrem predicti I. personatum predictae ecclesie gessisse: ipsum ab eadem ecclesia, si eam adeptus est, excludatis, nec ad eius gubernationem ulterius assumatur. Nolumus tamen ut propterea id in iudicium deducatur, vel testes super hoc producantur, dummodo factum ipsum manifestum sit.

## CAP. VIII.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & Vigorniensis episcopo.*

Ex transmissa nobis conuestione VV. clerici accepimus, quod ad dilecti fratris nostri abbatis de Castin presentationem, in quoddam beneficium ecclesie de Vinton, sibi canonice concessum, recipere distulisti in presenti, eo

ANNO  
CHRISTI  
1179.

quod quidam, qui pater eius dicebatur, in præfata ministravit ecclesia. Præterea nobis ex parte eius insinuat, quod memorato E. defuncto, media intercessit persona, cui prædictum collatum est beneficium. Inde est quod fraternitati vestræ, &c. quatenus si prædicta constiterint, prænominatum VV. in possessionem ei collati beneficii mittere non differas, omni occasione & appellatione cessante; nec ideo minus obseruare rescripta apostolica decet, quia hæc in ecclesia Dei hereditariam detestantur successionem, vt canonicam approbent in posterum possessionem. Porro si is \* ex. \* A. inter. non possint, alter nihilo minus exequatur.

\* induce  
re

CAP. IX.

*Idem VVigornensi episcopo, & priori de Lucivreden.*

Constitutus in præsentia nostra G. clericus lator præsentium, supplici nobis insinuatione monstravit, quod cum capellam de Streiton canonicè fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacifice tenuisset, R. miles ipsum præscripta ecclesia sine iudicio & iustitia spoliavit. Cumque memoratus clericus exinde episcopo querelam deposuisset, obiectum fuit ei quod pater eius in eadem ecclesia ministravit, & præscriptam capellam non potuit rehabere. Quia vero ad nostrum spectat officium, insolentiam laicorum contra viros ecclesiasticos debita seueritate compescere: discretionem vestræ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si vobis constiterit, quod idem clericus a præscripta ecclesia per manum laicalem fuerit eiectus, & quod pater eius præfata capellæ persona seu vicarius perpetuus non fuerit: licet in eadem nomine ipsius G. quandoque ministravit, ipsam sibi cum redditibus inde perceptis, amoto alio, si quis eam detinuit, dilatione & appellatione & occasione cessante, restituatis, literis nostris, si quæ sunt impetrata, veritati & iustitiæ non præiudicantibus, & ipsum sicut eam canonicè adeptus fuit, faciatis pacifice possidere. Porro si \* his ex. in n. po. . . . . alter, adhibitis sibi viris discretis & honestis, ea nihilo minus exequatur.

CAP. X.

Ex tua parte nobis propositum est, quod cum olim ad  
*Concil. Tom. 27.* Iiii ij

consultationem tuam super filiis sacerdotum tales literas suscepisses a nobis, vt eos possis in ecclesiis, quas patres eorum nullo mediante possederant, sustinere, quos \* bona vitæ & sanæ conuersationis cognosceres, vel quos eas longo tempore tenuisse constaret: quidam ad iudices literas impetrauerunt, vt si constaret eos esse filios sacerdotum vel clericorum qui proxime ante eos ecclesias tenuerunt, super his imponant eis, appellatione cessante, silentium, & ecclesias istas eis assignent, quamuis in eis se ostendere nequeant per episcopum institutos. Super quo tibi respondemus, quod si per priores literas nostras cum aliquibus clericis dispensasti, dispensationem tuam posterorum literarum nostrarum intuitu nolumus irritari, sed eam præcipimus seruari illibatam. Alios vero clericos laicæ donationis intuitu in ecclesiis, ipsis parochiali iure subiectis, sine auctoritate pontificis institui, aut institutos in eis remanere auctoritate apostolica prohibemus.

PARS XX.

D E I V D Æ I S,  
ET NE CHRISTIANI MANCIPIA EORVM FIANI.

C A P. I.

**S**ICVT Iudæis non debet esse licentia, vltra quam permissum est lege, synagogis suis præsumere, ita in eis quæ concessa sunt, nullum debent præiudicium sustinere. Hos ergo cum in sua magis velint duritia permanere, quam prophetarum verba arcana cognoscere, atque Christianæ fidei & salutis notitiam habere: quia tamen defensionem & auxilium nostrum postulant, ex Christianæ pietatis mansuetudine prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Callisti & Eugenii Romanorum pontificum vestigiis inhærentes, ipsorum petitiones admittimus, eisque protectionis nostræ clypeum indulgemus. Statuimus enim, vt nullus Christianus inuitos vel nolentes eos ad baptismum venire compellat: sed si eorum quilibet ad Christianos fidei causâ confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur. Veram quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus, sed inuitus cogno-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

scitur peruenire. Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine iudicio potestatis terrenæ vulnerare vel occidere, vel suas eis pecunias auferre præsumat: aut bonas, quas hæcenus in ea quam prius habitabant regione habuerunt, consuetudines immutare; præsertim in festiuitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet: nec aliquis ab eis coacta seruitia exigat: nisi ea quæ ipsi præfato tempore facere consueuerunt. Ad hæc malorum hominum prauitati & nequitia obuiantes decernimus, vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare vel inuadere audeat, siue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem huius decreti tenore agnito, quod absit, temere contrariè præsumpserit, honoris & officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis sententia plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Dist. 45.  
Qui sine-  
ra.

CAP. II. *Idem.*

Licet vniuersis Dei fidelibus ex commissi nobis officii debita debeamus prouisione adesse, attentius tamen ecclesiasticos viros a prauorum molestiis malignantium vigili cura defendere, ad quorum regimen specialius sumus, licet insufficientibus meritis, prouidentia \* deputati. Perlatum est autem ad audientiam nostram, quod Iudæi in ciuitate vestra commorantes, ad tantam superbiam & elationem peruenerunt, quod si quando inter eos & quemlibet clericum, siue inter vos & ipsos causa emerferit, vos ad sæcularem iudicem trahunt, & coram quocumque iudice vobiscum litigant per simplicem chartam absque testibus, vel per vnum qualemcumque Christianum siue Iudæum, contra omnem rationem \* & iustitiam, sententiam suam probare intendunt, & aduersus eos magnorum & bonorum virorum non recipiunt testimonium. Quia vero quod non est licitum Christiano cuiuslibet, multo minus inimicis crucis Christi, vt scilicet viros ecclesiasticos ad sæcularem iudicem trahant, & causæ suæ, vnius tantum & non legitimo testimonio finem imponant: discretionis tuæ, &c. quatenus si inter vos & quoscumque Christianos siue Iudæos causa emerferit, pro nullius vocatione ad sæcularem curiam, vt ibi de negotio tractetis, aut iudicem sæcularem

12. quæst. 11.  
Religiola.

\* f. diuina  
deputati.

\* & infirmitatū, causam suam

ibi accedere præsumatis. Sed sicut iustitia exigit, & æquitas ratio postulat, in qualibet causâ Christiani, & maxime clerici, ad minus duorum vel trium testium, qui sint probatæ vitæ & conuersationis, admittatis, iuxta illud dominicum: *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Quia licet quædam sint causæ, quæ plures quam duos exigant testes, nulla tamen est quæ vnus tantum, quamuis legitimo, testimonio terminetur. Ad hæc præsentium auctoritate tibi significamus atque præcipimus, quatenus omnibus Christianis, qui sunt in vestra iurisdictione, penitus interdicitis: & si opus fuerit, ecclesiastica districtione prohibeatis, ne ipsi Iudæorum seruitio assidue pro aliqua mercede se exponant. Obstetricibus etiam & nutricibus Christianis omnibus prohibere curetis, ne infantes Iudæorum in domibus eorum nutrire præsumant: quia Iudæorum mores & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob frequentem conuersationem & assiduam familiaritatem, instigante humani generis inimico, ad suam superstitionem & perfidiam, simplicium animos inclinarent. Præterea parochianis vestris vsuram accipere omnibus modis interdicitis: quia vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestatur. Quod si monitis vestris parere contempserint, si clerici sunt, eos ab officio & beneficio suspensos, cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad præsentiam nostram mittere non differatis. Si laici fuerint, vsque ad dignam satisfactionem vinculo excommunicationis eos adstringatis.

CAP. III. *Idem.*

Non sine multa admiratione auditur & creditur, quod Iudæi parochias ecclesiarum per prouinciam vestram, emptionis siue conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Christianæ institutionis, detinent occupatas: & cum redditus eisdem ecclesiis non soluantur, hæc ecclesiæ penitus deperisse iam noscuntur. Quia igitur ad ea corrigenda quæ sunt diuinæ maiestati contraria, & a fidei Christianæ institutionibus aliena, promptos nos decet & diligentes existere: fraternitati tuæ, &c. quatenus si qui Iudæi sunt in prouincia vestra, qui tali modo parochias detineant, ipsos ad eas dimittendas, requisito prius & ha-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

bito consensu carissimi in Christo filii nostri Henrici illustris Anglorum regis, arctius compellatis: aut si receptas detinuerint aut parochias amodo receperint, ipsos cum omni distinctione cogatis, vt ecclesiis, quarum eadem parochia sunt, debitos & collectos redditus cum integritate persoluant, prohibentes omnibus Dei fidelibus sub interminatione anathematis, ne quis Iudæis hominia vel fidelitates faciat: quoniam contrarium est sacris Canonibus, vt Christiani debeant Iudæis adstringi. Si quis vero contra inhibitionem nostram venire præsumpserit, contradictione & appellatione cessante, in eos excommunicationis sententiam proferatis.

CAP. IV. *Idem.*

f. eum

Ad hæc cum sacris Canonibus cautum sit, ne Iudæi Christiana mancipia habeant, præsentium tibi auctoritate præcipimus, quatenus sublato appellationis remedio anathematis interminatione iubeas publice, ne quis Christianorum alicuius Iudæi mancipium efficiatur. Si quis autem contra prohibitionem tuam venire præsumpserit, \* eos sublato appellationis remedio, ecclesiastica censura compellas.

DE MONACHIS ET MONIALIBVS PARS XXI.  
SINE PROBATIONE SVSCEPTIS.

Item in probatione positus, recedere  
volentibus.

## CAP. I.

**A**D audientiam nostram noueris peruenisse, quod eremita de monte Filiano quosdam pueros infra decimum quartum annum in tantum seduxerint, quod quidam illorum, suasionibus eorum assensum præbentes, ad ecclesiam illorum acceperunt. Quos cum statim religionis habitum induissent, vnus prædictorum puerorum T. nomine, statim pœnitens quod habitum ipsum suscepisset, id quod fecerat, suis parentibus intimauit: qui ad locum ipsum, mora postposita, accedentes, eum exinde extraerunt: & cum stetisset ibi, nisi per vnam noctem prout accepimus, præfati eremita & quidam alii eum non per-

Dist. 28.  
De his.

mittunt quamdam puellam ducere in vxorem, quam ipse iuravit in vxorem accipere, ac (sicut dicitur) desponsavit. Quocirca discretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit, quod præfatus T. ante consummationem decimi quarti anni habitum ipsum susceptum deposuerit, aut si post decimum quartum annum habitum ipsum sine probatione susceperit, & infra triduum deposuerit; eum ab impetitione prædictorum eremitarum vel aliorum in hac parte, occasione & excusatione & appellatione cessante, penitus absolutum, & eam quam iuravit accipere in vxorem, libere posse traducere, si alia rationabilis causa non impedit, denunties.

CAP. II. *Idem Herefordensi episcopo.*

Accipe hæc de iis qui religionis votum nuncuparunt.

Super eo quod quaesitum erat a nobis ex parte tua, vtrum sacerdotes qui religionis habitum susceperunt, & antequam essent vinculo professionis adstricti, ad priorem statum reuersi sunt, permittendi sint ecclesias & curam animarum habere: & an clerici, si monachicum habitum ante oblatum professionis libellum deferunt, ad sacros ordines promoueri, & ad gubernationem animarum possunt assumi: sanctitati tuæ taliter respondemus, quod si austeritatem religionis, ad quam \* transisse noscuntur, seruare noluerint, ad minorem religionem transire cogendi sunt, nec amplius in ecclesiis sæcularibus debent assumi, ne contra votum quod Domino fecerunt, in animarum suarum periculum probentur venire. Verumtamen si ante susceptum habitum in probatione positi, recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem statum redire. Sed illa videtur præcipere, vt in eadem veste redeant in qua venerunt.

Nam in laicali veste probantur.

## CAP. III.

Meminimus nos ex parte tua huiusmodi quaestionem audiuisse, scilicet vtrum illi qui se ad religionem coram episcopo deuouerunt transituros, & habitum religionis suscipiunt, si & postmodum vxores duxerint, cogendi sunt eas dimittere, & ad ecclesiam, cui se contulerant, redire. Super quo vtique \* dicimus respondendo, quod si quispiam qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem fecit,



ANNO  
CHRISTI  
1179.

fecit, postmodum sibi aliquam copulauit, est ab ea cogendus recedere. Verum si habitum non suscepit, nec professionem fecit, sed votum fecit, & se ad religionem transiturum promisit, licet postea matrimonium contraxerit, non est cogendus ad ecclesiam transire, & matrimonii vota rescindere. \* Item ex Concilio Toletano, vt clerici qui se fingunt habitu & nomine monachos esse. \*

DE SPOLIATIS RESTITVENDIS PARS XXII.

VEL NON.

CAP. I.

*Idem VVigorniensis episcopo.*

**S**OLICITE cures & diligenter, quo tempore H. renuntiauit ecclesie: & si vobis constiterit, ipsum spoliatum esse cum eidem ecclesie renuntiauit: si hac vice tantum renuntiauit, aut pluribus vicibus renuntiauit prescripte ecclesie, dummodo spoliatus renuntiauit, contra eum testes alterius partis de iuramento & de renuntiatione spontanee facta, nullatenus admittas: quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renuntiauerit, qui spoliatus renuntiauit. Sed testes H. qui pro se intendunt, quod violenter predicta ecclesia fuit spoliatus, dummodo idonei sunt, minime differas accipere.

Spoliatum iuramento renuntiantem, restituendum.

CAP. II. *Item decano Lincolnensi & abbati de \* Riuaus.*

Accepta conuestione P. clerici, quod violenter ecclesia de \* Sprotebtur fuisset spoliatus, discretioni tuae, si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt si per officiales venerabilis patris nostri Eboracensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, ex concessione ipsius in eadem ecclesia introductus fuisset, & inde per violentiam exire coactus, eam sibi auctoritate nostra restitui faciat. Quibus cognitis, responsum est, sicut nobis dicitur, ab aduersario ista omnia non debere proficere, eo quod spontanea voluntate prescriptam ecclesiam in praesentia praefati archiepiscopi abiurasset. Quia vero non scripsimus idiotis, sed discretis personis, & nitimur discernere quid ratio dicat: discretioni vestrae iniungimus praesentium auctoritate, vt rei veritatem diligenter & subtiliter inquiratis, &

Idiotae, non discretae personae, peremptorias exceptiones reprobant.

*Concil. Tom. 27.*

Kkkk

si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu vel vi co-  
actus, sed spontanee prælibatam ecclesiam abiuravit, ei  
(omni contradictione & appellatione remota) super hoc  
perpetuum silentium imponatis.

CAP. III. *Idem.*

24. Quest. 1.  
Pudenda.

Fratres \* Arcemarenes grauem ad nos contra abbatem  
suum transmisere querelam, dicentes eum bona illius mo-  
nasterii dilapidasse, ipsumque inutilem & fortilegum esse.  
Nuntius vero abbatis in præsentia nostra constitutus, hæc  
omnia instantius denegabat, adiiciens præscriptum abba-  
tem ab administratione absque rationabili causa destitu-  
tum. Ideo dilectioni vestra, &c. quatenus ad locum in quo  
facilius possitis partes præsentis habere, & de causa cogno-  
scere venientes, & quæ hinc & inde proposita fuerint, au-  
dientes diligentius, negotium ipsum, omni gratia & amo-  
re postposito, terminare curetis, ita quod si vobis consti-  
terit prædictum abbatem irrationabiliter destitutum,  
ipsum restituatis. Si vero destitutus non est, & eum inue-  
neritis destituendum, illum auctoritate nostra destituatis,  
indemnitati ecclesiæ, sicut melius noueritis expedire, con-  
sulescentes. Verum si prædicti fratres ipsum canonicè conui-  
cerunt de obiectis, depositionis sententiam afferatis. Ce-  
terum si præfati fratres, accusationis libello porrecto, in  
probatione defecerint, abbati canonica purgatione iniun-  
cta, illos debita animaduersione puniatis.

## CAP. IV.

*Idem V Vigornensi episcopo & Heliensi archiepiscopo.*

Audita querela dilecti filii nostri T. clerici carissimi in  
Christo Scotorum regis, quod H. persona ecclesiæ de  
Sandeta, ipsum super ecclesia de Porten indebite mo-  
lestauit\*, quam liberam tunc & vacantem ad præsentationem  
eiusdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licet idem H. sponte  
iurasse dicatur, quod super eadem ecclesia de Porten præfato  
T. nullam quæstionem moueret: venerabili fratri nostro  
Londoniensi episcopo & tibi fili archidiacone dedimus in  
mandatis, vt rei veritate diligenter inquisita, si vobis constaret,  
quod prædictus H. alterius ecclesiæ personatum haberet,  
vel iuramento spontanee

ANNO  
CHRISTI  
1179.

præstito firmauerit, se memorato T. super eadem ecclesia de cetero quæstionem non moturum: ei exinde perpetuum silentium, appellatione remota, imponatis, & ab eius impetitione eundem T. absolueri minime differatis. Postmodum vero nuntius præfati H. ad præsentiam nostram accedens, constanti nobis assertionem proposuit, quod per violentiam idem H. eadem ecclesia fuerit spoliatus: & ideo ad vos literas impetrauit, vt si constaret vobis veritate cognita, ipsum H. spoliatum esse cum eidem renuntiavit ecclesiæ, contra eum testes alterius partis de iuramento & de renuntiatione spontanee facta nullatenus reciperetis: sed testes potius ipsius H. quibus intendebat posse probare, quia violenter præfata ecclesia spoliatus fuerit, dummodo essent idonei, non differretis recipere, & secundum eorum depositiones & rationes & allegationes hinc inde productas, in causa ipsa, remoto appellationis obstaculo, quod iustum esset, iudicaretis: non obstantibus literis, si quæ alia ab alia parte impetrata essent tacita forma quam expressimus in aliis literis super hoc impetratis. Addidimus insuper, quod si in causa ipsa aliquid esset mutatum, postquam nuntius præfati Henrici iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi, totam causam ante ingressum principalis causæ, contradictione & appellatione cessante, in eum statum reduceretis, in quo fuisse dignoscitur, cum nuntius ipsius H. est iter ipsum aggressus: nisi forte idem H. cum altera parte spontanea voluntate posset super ipsa ecclesia conuenire. Nunc autem ex literis prædicti episcopi & tuis, filii archidiacone, nobis innotuit, quod vos priorum literarum tenorem secuti, partes debita solennitate citastis, & cum post plures citationes die tandem peremptorio constituto, de iam dicti H. contumacia legitima probatione vobis plenius constitisset, idonearum personarum testimonio cognoscentes sæpèdictum H. alterius ecclesiæ personatum habere, & spontanea voluntate ecclesiam de Porten in facie ecclesiæ in perpetuum abiurasse, ei super eadem ecclesia perpetuum silentium imposuistis, & ab eius impetitione prænominatum T. penitus absoluistis. Licet autem nuntius eiusdem H. alias literas, sicut diximus, impetrauit, formam aliam continentes, & quod reuocari deberet, si quid im-

*Concil. Tom. 27.*

Kkkk ij

mutatum esset in causa, postquam idem nuntius iter arripuit ad nos veniendi: quia tamen non intelleximus, nec intelligere volumus, vt si quid per iudices delegatos factum esset, reuocaretur in irritum auctoritate nostrarum literarum; sed si quid præsumptione vel violentia immutatum est, &c. discretioni vestræ, &c. quatenus si ante receptionem literarum nostrarum, quas nuntius præfati H. super ipsa causa a vobis impetrauit, memoratus episcopus & tu, fili archidiacone, super iam dicta ecclesia sententiam protulistis, eandem, contradictione & appellatione cessante, ratam habeatis & firmam: nec eam obtentu literarum posteriorum reuocare tentetis, ita quidem, quod si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, id sublato appellationis remedio, & præfatum H. contra eandem sententiam venire nullatenus permittatis, sed potius sententiam, contradictione & appellatione postposita, faciatis auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari. Si vero post susceptionem sequentium literarum sententia lata fuerit, eadem sententia non obstante, in causa iuxta tenorem literarum ipsarum, appellatione postposita, procedatis, dummodo præfatus H. spoliatus fuerit, eadem sententia non obstante, & per violentiam spoliatus illud præstiterit sacramentum.

## CAP. V.

*Idem \* Lexouensi episcopo. Pars capituli; In literis. supra de potestate iudicum.*

Quid si laicus a possessione ecclesie esset eiectus, quam ei nulla ratione possidere liceret?

Super illa quæstione, videlicet cum quis dicit se de possessione violenter esse eiectum, & aduersarius dicit eum non fuisse canonicè institutum, huiusmodi tibi damus responsum: Prius de violenta eiectione, quam de canonica institutione agi debet: quia prædo etiam est secundum rigorem iuris restituendus.

CAP. VI. *Idem eidem in eadem.*

Item cum aliquis dicit se de possessione eiectum, vel aduersarium clam possessionem intrasse, & aduersarius ei crimen obiiciat, vt eum ratione criminis a sua intentione repellat: non occurrit nobis, quod illius abiectione debeat admitti, vel executio principalis causæ propter hoc retar-

dari, quoniam criminaliter aduersus eum agere non potest, cum ipsum constet eius inimicum existere.

CAP. VII. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*

Abbas ſancti \* Eadmundi, a quo R. lator præſentium patrimonium ſuum tenere dignoſcitur, milites ſuos & burgenſes ad domum prædicti R. miſit, qui eum a domo & vniuerſa poſſeſſione ſua expellerent, niſi eccleſiam ſuam penitus abiuraret. Quod cum idem R. tali modo coactus feciſſet abbas, prædictam eccleſiam alii conceſſit. Vnde, quia quæ metu & vi facta fuerunt, de ratione iuris & ordine in irritum debent reuocari, fraternitati tuæ, &c. quatenus prædicto R. ſi ita conſtiterit, omnia cum integritate reſtituas.

CAP. VIII.

*Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & VVigornienſi epiſcopo.*

Præcipimus vt N. reſtitui faciatis eccleſiam, non obſtante quantum ad reſtitationem, ſi poſt eiectionem ei obiicitur, quod filius illius fuit perſonæ, qui in eadem eccleſia proximo miniſtrauit, vel quod ab eo annuam penſionem acceperit.

CAP. IX.

*Idem VVigornienſi epiſcopo, & abbati de ſancto Albano.*

Quia VV. qui violenter dicebatur eccleſiam de N. ingreſſus, deſunctus eſt, vt accepimus, & Nigellus in eadem eccleſia intruſus, volumus & præcipimus, vt ſecundum formam literarum inter ipſum & Patricium iudicetur ratione mediante, ſicut inter eundem & præfatum VV. ſi videret, iudicaretur.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

PARS  
XXIII.

CAP. I.

*Item Honorius II. omnibus epiſcopis orientalibus.*

**I**NHERENTES veſtigiis prædeceſſorum noſtrorum, diſcentium grauioreſ per ſummum pontificem terminari debere quæſtiones, noſtrorum fratrum conſilio diligen-

Kkkk iij

ter inquisito, huius causæ speciem irrefragabiliter Deo opitulante terminantes decidimus. Legibus itaque cautum esse comperimus, vt nullus clericus iurare præsumat: alibi vero reperitur scriptum, vt omnes principales personæ in primo litis exordio iusiurandum de calumnia subeant. Nonnullis legisperitis & aliis sapientibus venit in dubium, vtum clericus iusiurandum præstare debeat, an alii personæ liceat hoc officium delegare. \* Quia enim illud constitutionis edictum, vt clerici iurare prohibeantur, a Marco Augusto Constantino præfecto prætorio de Constantinopolitanis clericis constitutum promulgatum fuisset, idcirco ad alios pertinere non creditur. Vt ergo dubietas ista penitus auferatur ab omnibus secundum decisionem etiam filii nostri H. quondam imperatoris, anno sui imperii (vt accepimus) factam tertio: nos eius, inquam, interpretationem corroboramus, & D. Marci constitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum imperator Iustinianus decreuerit, vt Canones patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis Canonibus reperiatur, vt iurare clerici omnino non audeant: dignum est vt totus clericalis ordo a præstando iuramento immunis esse procul dubio censeatur. Præterea statuti \* principalis tenor penes nos talis esse dinoscitur. Nos itaque vtriusque legis diuinæ & humanæ intentione seruata decernimus, & imperiali auctoritate \* irrefragabiliter diffinimus, vt non episcopus, non presbyter, non cuiuslibet ordinis clericus, non abbas, non monachus, non sanctimonialis, in quacumque causa, vel controuersia, siue criminali, siue ciuili, iusiurandum compellatur qualibet ratione subire: sed aliis defensoribus idoneis, si expedire ecclesiæ suæ nouerint, huiusmodi officium liceat delegare: verum cum hac moderatione, vt episcopus inconsulto Romano pontifice, vel quilibet clericus inconsulto prælato suo, minime iurare audeat. Omnibus autem episcopis, ac generaliter cunctis sacerdotibus, ac vniuerso clero ita custodiri debere mandamus, vt si quis in hanc constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Non sumentes exemplum siue formam a nobis, quod aliter in causa fratrum &

ANNO  
CHRISTI  
1179.

coepiscoporum nostrorum \* Areanæ & Senonensis ecclesie nuper fecimus, quoniam eorum voluntati & postulationi annuimus.

CAP. II.

*Item Eugenius tertius Cardioni Romanæ ecclesie subdiacono, & \* magistro Omnibono.*

\* Magno

Literas benignitatis tuæ benigne accepimus, in quibus vtrum in causa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem nostrum G. Bononiensem episcopum, & dilectum filium nostrum Paduanum abbatem, sub vestro examine iusiurandum de calumnia præstari conueniat, requisisti. Sane Romana ecclesia, in quibus causis de decimis ecclesiarum & rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ nec dare, nec recipere consuevit. Et quidem huiusmodi causæ non ex legum districtione, sed Canonum æquitate finem debitum sortiuntur. Canones autem iuramentum calumniæ nulli prorsus indicunt. Vnde de iuramento calumniæ præstando contentione dimissa, ad vteriora fraternitas tua procedat.

CAP. III. *Idem.*

In pertractandis causis iuramentum de calumnia non passim exhiberi præcipimus, sed cum fieri sinimus, & causæ, & principalium personarum qualitate diligenter inspecta, quandoque per principales personas, quandoque per œconomos sibi indultos, qui causam omnino non nesciunt, in anima principalium personarum præstari iubemus.

CAP. IV.

*Idem R. Marabensi & Anemensi episcopis.*

Imperatorum sæcularium leges, & ecclesiasticæ patrum constitutiones, viros religiosos in omnipotentis Dei seruitio protegent & defendunt, & nullam eis molestiam, vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt. Accepimus autem quod quidam causidici de terra vestra, occasione decidendarum litium, quæ aliquando solent emergere, ab abbate & fratribus Franciæuallis iuramentum de calumnia, sicut ab aliis hominibus, exigebant: quod quidem inter fratres eiusdem ordinis inusi-

tatum est: & nos ad id faciendum eos cogere non possumus, nec debemus. Sed ne aliena iura alieni hac occasione videantur detinere illicite, & ipsi a causa sua decendant, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, si res ita postulauerit, non fuerit præstitum: eis præcipimus, vt in suo monasterio, sicut imperiales constitutiones consentiunt, œconomum statuunt, qui pro eis petere & excipere, atque iuramentum de calumnia, cum necesse fuerit, valeat exhibere.

## CAP. V.

*Item Lucius tertius episcopo Heliensi & S. archidiacono Norwicensi.*

Peruenit ad nos de transmissa nobis conuestione R. clerici de sancto Albano, quod cum ipse pro Ph. & pro Helia clericis de Lund. ad eorum instantiam pro altero illorum, Helia videlicet in sex, pro altero in septem marcis argenti fideiussisset mercatoribus Bononiae, & ei vnus fide, sicut & alter iuramento promiserat: præscriptam pecuniam non soluentibus, coactus est prædictis creditoribus pro ipsis, sicut inter eos conuenerat, prædictam pecuniam exhibere. *Et infra*: Ceterum, quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari, volumus & mandamus, vt ad veritatem eliciendam, appellatione remota, præstari faciatis ab vtraque parte iuramentum calumniae.

CAP. VI. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Constitutus in præsentia nostra M. Stephanus sua nobis assertionem monstrauit, quod Ma. P. de Bleis, cancellario tuo tempore Laterani Concilii ad preces ipsius in 15. marcas Sterlingorum legalium & communium intercesserit. *Et infra*: Quia vero contra diuersa experimenta morborum, varia nos conuenit medicamina inuenire, præsentium tibi significatione iniungimus, vt si præfatus P. debitum, vel assertiones denegauerit, consuetudine, qua legi contraria est, non obstante, sacramentum calumniae subire cogatur.



ANNO  
CHRISTI  
1179.

## DE EXCESSIBVS EPISCOPORVM

PARS  
XXIV.

CONTRA SVOS ARCHIDIACONOS,

& archidiaconorum contra suos  
episcopos.

## CAP. I.

*Item Alexander III. Londoniensi episcopo.*

AD aures nostras noueris peruenisse, quod quidam archidiaconi tui, te inconsulto, contra consuetudinem ecclesiæ sibi commissæ, personas in ecclesiis instituerunt, & sic in ecclesiis vel eorum portionibus nunc filios, nunc alias personas & vicarios instituere non verentur. Volentes itaque pro officii nostri debito in irritum deducere, quod contra iuris ordinem attentatur, auctoritate apostolica tibi duximus iniungendum, vt si iidem archidiaconi post prohibitionem tuam ipsis inde factam, instituerint sine mandato & auctoritate vestra aliquos in ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse noscuntur, aut personas alias: vel vicarios, cum id sit canonicæ sanctioni contrarium, liberum tibi sit, nullius contradictione, vel appellatione obstante, institutiones huiusmodi penitus irritare, & taliter institutos remouere ab ecclesiis.

CAP. II. *Idem Helieni archidiacono.*

Cum satis sit absurdum, & a sanctorum patrum institutionibus alienum, vt archidiaconus auctoritate propria debeat cuilibet causam animarum committere: ægre nimis ferimus, quod tu sine mandato episcopi tui personis animarum curam committis. Quoniam igitur obtentu aliquius consuetudinis non debes sanctorum patrum institutiones transgredi, & quod ad tuum non spectat officium, vendicare: ideo mandamus, vt nemini de cetero sine mandato & licentia episcopi tui, curam animarum committere præsumas.

CAP. III. *Idem Exoniensi episcopo.*

AD aures nostras peruenit, quod quidam archidiaconi tui se in ecclesias, quæ in suis archidiaconatibus vacant, au-

*Concil. Tom. 27.*

LIII

toritate propria non verentur intrudere, & sic ipsas ecclesias detinere non erubescunt. Nos attendentes absonum esse atque omni rationi contrarium præsumptionis excessum, nec volentes incorrectum relinqui: fraternitati tuæ, &c. quatenus si qui archidiaconi sint in episcopatu tuo, qui tali modo ecclesias occupatas detineant, ipsos ad eas dimittendas, omni occasione & appellatione cessante, ecclesiastica districtione compellas, & easdem ecclesias personis idoneis & honestis ordines, & præfatos archidiaconos pro tanta præsumptione, debita animaduersione punire cures.

CAP. IV. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Adhæc quoniam prædictus episcopus, sicut accepimus, plures ecclesias, & præcipue ecclesiam de Nortun, a consuetudine & obsequio archidiaconorum liberis constituit & immunes, & in hac parte redditus eorum diminuit & attenuavit: nihilo minus præsentium significatione iniungimus, vt si res ita se habet, factum episcopi hoc, appellatione remota, corrigas & emendes: & ita provideas, vt præfato archidiacono G. consuetudines, quas presbyteri in ecclesiis sui archidiaconatus debent, plenarie conferuentur, & illi debitam reuerentiam exhibeant, & honorem.

CAP. V. *Idem Burdegalensi archiepiscopo.*

Præterea de archidiacono G. \* qui in tua & in Tolosana ecclesia archidiaconus sit constitutus, \* in vtraque ecclesia regulariter professus, collectis illis quæ in archidiaconatu tuæ ecclesiæ colligere potest, præter conscientiam tuam Tolosanam ecclesiam ingreditur, & ibi per annum vel eo amplius moratur: prudentiæ tuæ significamus, vt eum de cetero altero, quem maluerit, archidiaconatu, si res ita se habet, appellatione remota, facias esse contentum.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

QVIBVS, ET QVANDO, PARS  
XXV.  
ET IN QVAM ÆTATEM CONFERATVR  
ecclesiasticum beneficium, & ad quem spectet eccle-  
siarum reparatio.

## CAP. I.

*Alexander III. Cantuariensi archiepiscopo.*

EX ratione commissæ tibi dignitatis, & consideratio-  
ne legationis ad vniuersas ecclesias, aciem tuæ soli-  
tudinis debes extendere: & quæ enormiter seu contra  
iustitiam fiunt, pastorali cura corrigere & emendare: qua-  
tenus de commissis ouibus in patrisfamilias præsentia ra- Matth. 23.  
tionem reddere valeas, & tibi pro labore & sollicitudine  
merces copiosa cumuletur in cælis. Accepimus autem  
quod Couentrensis episcopus, non attendens quid sacro-  
rum Canonum statuta decernant, nec modestiam ponti-  
ficalem conseruans: pueris qui sunt infra decennium con-  
stituti, in archidiaconatu dilecti filii nostri R. archidiacono  
Couentrensis, ecclesias plures concessit, quæ non per  
clericos, sed per laicos dispensantur & disponuntur. Vnde  
quoniam hoc ecclesiasticæ vnitati est inimicum & rationi  
contrarium, & non debet eatenus tolerari: fraternitati  
tuæ, &c. quatenus si res ita se habet, prædictum episco-  
pum super his dura increpatione corrigas & castiges, &  
clericis seu ministris idoneis \* custodiam præscriptarum  
ecclesiarum, donec prædicti pueri ad congruam perue-  
niant ætatem, omni occasione & appellatione cessante,  
laicis amotis, committas: & eidem episcopo arctius pro-  
hibeas, ne de cetero ecclesias nisi personis quæ ætatem &  
scientiam habeant, regendas concedat. Quod si secus fe-  
cerit, ei debitam pœnitentiam infligas, & institutionem &  
concessionem ipsius, omnino viribus carere decernas.

\* admi-  
nistratio-  
nem

## CAP. II.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Indecorum est admodum & absurdum, vt hi debeant  
ecclesias regere, qui semetipsos regere non nouerunt, cum  
ad regimen ecclesiarum tales personæ sint admittendæ,  
*Concil. Tom. 27.*

LIII ij

quæ discretionem præmineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut ad preces vel ad instantiam aliquorum, sicut frequenter solet in vestris partibus fieri, paruulis regimen committatur ecclesiarum: fraternitati vestræ, &c. quatenus nemini infra 14. annum constituto, personatum alicuius ecclesiæ aliquorum gratia vel obtentu concedere præsumatis: scituri pro certo, quod si præcepto nostro in hac parte contraire præsumperitis, quod inde feceritis, auctoritate Dei penitus irritabimus, & inobedientiam vestram grauiter puniemus.

CAP. III. *Idem decano & capitulo Saresberienfi.*

Cum Hugo Bunet in nostra esset constitutus præsentia, &c. *Et infra:* Nos diligentius attendentes, quod pater suus, sicut vterque recognouit, eam habuerit prius, quia perniciosum est exemplo, ut in eadem quasi iure hereditario ei succederet: considerantes etiam, quod cum ei præbenda concedi debuit, illius ætatis erat, quod curam animarum gerere non potuit: memoratum episcopum, vos etiam & ecclesiam vestram ab ipsius impetitione absolui-  
mus, & ei perpetuum exinde imponimus silentium.

CAP. IV. *Idem.*

A nobis tua discretio requisitum, utrum is cui ante 15. annum ætatis suæ nondum Concilio quod, nuper Laterani fecimus, celebrato, ecclesiæ magisterium concessum fuit, occasione decreti, quo in Concilio eodem clericis minoris ætatis conferri ecclesias prohibuimus, possit ecclesia spoliari, quam ante Concilium obtinuerat, præsertim cum ipsa concessio fuerit ab ipso diocesano episcopo post Concilium approbata. Super quo consultationi tuæ taliter respondemus, quod nisi alia causa rationabiliter obstet, occasione minoris ætatis aut decreti, quod in Concilio promulgauimus; nolumus eum a percepto ante beneficio remoueri.

Distinct. 31.  
Ante trien-  
nium.

CAP. V. *Idem\* Lexoniensi episcopo.*

Præterea licet aliquis ad personatum parochialis ecclesiæ non debeat, nisi subdiaconus ad minus, admitti vel recipi, dispensatiue tamen in minoribus ordinibus

ANNO  
CHRISTI  
1179.

constituti, consueuerunt admitti: dummodo tales sint, qui infra breue tempus subdiaconatum, vel diaconatum recipere possint.

DE DEPOSITIONE CLERICORVM, PARS XXVI.  
ET DISPOSITIONE CIRCA EOSDEM.

## CAP. I.

**E**x literarum tuarum tenore perpendimus, quod quidam longa ægritudine confectus, cepit consilium a fortilegis mulieribus, quod si sanari vellet, se permetteret iterum baptizari. Qui insano credens consilio, vt sanaretur, iniuriam fecit per iterationem sacramento. Adstitit autem huic sacrilegio adolescens bonæ, vt videtur, indolis acolytus, frater carnalis illius, in quo baptismus asseritur iteratus, & ministerium exhibuit in respondendo presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergo nos tua duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus quem minor ætas & intentio fraternæ salutis corporeæ aliquantulum excusare videtur: dilectioni tuæ præsentibus literis respondemus, quod quamuis non multum videatur propterea plectendus, ad superiores tamen ordines promoueri, si publicum est quod proponitur, non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore illius religionis circa eum debeat dispensari. Si vero occultum est, promoueri poterit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

## CAP. II.

*Idem abbati & fratribus Trium fontium.*

Consuluit nos tua \* deuotio super quodam confratre vestro, \* quod cum esset in sæculo, & quinque solidos pro ordinatione dedisset, statim postquam delicti quantitatem cognouit, pœnitentia ductus religioni se contulit. Nos igitur quæstioni vestræ satisfacere cupientes, vobis præsentibus literis significamus, quod ordine suscepto carere meruit, nec ad superiores promoueri potest. Verumtamen in ordinibus quos prius suscepit, Domino poterit deseruire.

\*fraternitas  
\*f. qui

## CAP. III.

*Idem VVigornienſi & Norwicensi epiſcopis.*Diff. 19. In  
memoriam.Diff. 50. Si  
quis epi-  
ſcopus.

De ſacerdote qui literas noſtras falſauit, quas tibi miſſus diſcretioni veſtræ, &c. vt ſi inueniri poterit, omni officio ſacerdotis, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo priuatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas: vt ibi tanti facinoris pœnas luens, ſe taliter deſeat commiſiſſe, & alii per hoc a ſimilibus valeant deterreri. Quod ſi aliquos de conſimilibus comprehendere poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodia, ſublato appellationis remedio, retrudas, donec inde apoſtolicum ſuſceperitis mandatum.

## CAP. IV.

*Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars capituli, Licet præter.*Confefſio-  
nem coram  
ſeculari iu-  
dice factã,  
clerico non  
præiudi-  
care.Circa cleri-  
cos adulte-  
ros epiſco-  
pum poſſe  
diſpenſare.

At ſi clerici coram iudice ſæculari conuiçti fuerint vel confefſi de crimine, non propter hoc ab epiſcopo ſuo aliqua ſententia ſunt condemnandi. Sicut enim ſententia a non ſuo iudice lata non tenet, ita nec confefſio coram ipſo facta. Si vero coram epiſcopo de crimine in iure ſunt confefſi, ſeu legitima confefſione conuiçti, dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſunt a ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuo remouendi. De adulteriis & aliis criminibus quæ minora ſunt, poteſt epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, vt in ſuis ordinibus deſeruiant: ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus iudici tradere ſæculari: quia ſuo functus eſt officio, non debet eum duplici contritione conterere.

CAP. V. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Porro ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & victus fuerit ſiue victor, de rigore iuris merito eſt deponendus. Sed quantumcumque eius grauis in hac parte & enormis ſit exceſſus, euadere poteſt de poſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus epiſcopus miſericorditer duxerit diſpenſandum: dummodo ex illo duello homicidium, vel diminutio membrorum non ſit ſubſe-  
cuta.

ANNO  
CHRISTI  
1179.CAP. VI. *Idem eidem in eadem epistola.*

De presbytero autem Campaniæ, qui sponte duellum obtulit, & oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit, sicut olim, ita & nunc prudentiæ tuæ respondemus, quod cum ipse, sicut & nos vidimus, non perdidit tantum ex digito, quin ipse sine scandalo possit solennia celebrare: satis potes cum ipso post peractam pœnitentiam misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licet eius excessus grauis sit.

CAP. VII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Presbyterum autem alium, qui quemdam puerum in-<sup>24. Quæst.</sup>  
tuitu disciplinæ percussit in capite, & vulnerauit, cum post<sup>4. Qui peccat.</sup>  
paucos dies exspirasset, sicut asseris, ab omni altaris ministerio debes perpetuo remouere, eumque ab officio sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interierit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noscitur exspirasse.

CAP. VIII. *Idem.*

Quamuis sit graue nimis, & diuina dignum animaduersione habeatur, quod laici quidam, quod sacerdotum est, de ecclesiasticis rebus vsurpent; maiorem tamen metuent formidinem ac dolorem, qui fomitem sui erroris in ipso clero dicuntur aliquoties inuenire, dum quosdam fratrum & coepiscoporum nostrorum, aliorumque prælatorum ecclesiæ decimas eis & ecclesiarum dispositiones indulgent, & in deuia mortis eos impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ fuerant reuocandi, de quibus dixit Dominus per prophetam: *Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem prouocant animas eorum.* Vnde statuimus, vt si quis alicui laico in sæculo remanenti, ecclesiam vel decimas concesserit, a statu suo tamquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, ruinæ suæ iaceat dolore prostratus.<sup>Luc. 13.</sup>

CAP. IX. *Idem G. Liuonensi episcopo.*

Veniens ad nos P. lator præsentium, nobis exposuit, quod antiqui hostis suggerente versutia, furtiue diaconatus ordinem suscepit. Vnde tibi duximus responden-

dum, quod si forte non fuerit a te, vel aliquo archidiaconorum vel prælatorum tuorum sub interminatione anathematis prohibitus, tu ipse in promotione ipsius ad officium sacerdotale, condigna satisfactione, nisi aliqua impediant, imposita, pro tuo arbitrio dispenses. Si vero interminatio anathematis super hoc facta est, commoneas eum, sicut nos fecimus, vt in aliquo monasterio seu canonia habitum suscipiat regularem: cui iuxta admonitionem tuam, ex quo in habitu illo fuerit aliquanto tempore laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer providere: Alioquin nulla ratione concedimus eum ad sacerdotalem ordinem promoueri.

CAP. X. *Idem eidem.*

Clerici autem si qui a suis, aut etiam de mandato Romani pontificis, ab alienis episcopis interdicti vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrarint, nisi ad commonitionem \* vestram sine dilatione redierint, \*notum perpetuæ depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

CAP. XI. *Idem Lucensi episcopo, & eius capitulo.*

Præsentium lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo lapides ipse proiecit, sed aliquem non percussit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occisi, a celebratione Missarum præcipimus abstinere. Mandamus itaque vobis, vt si res ita se habuerit, & alia causa non impedit, decurso huius temporis spatio, ad sui eum executionem officii admittatis.

CAP. XII. *Idem \* archiepiscopo \* Cusentino.*

Continebatur in literis, quas tua nobis deuotio destinauit, quod diaconus præsentium lator, & quidam clerici qui rogati ad vineas ecclesiæ putandas perrexerint: & cum circa vesperras opere consummato redierint, leuandi laboris gratia quemdam ludum imitati sunt viatorum, proiicientes baculos suos in longinquum: studebant enim in directum iacere, & alter alterius fustem ferire. Huius autem ludi, sicut asserunt, talis conditio est, vt qui alterius

bacu-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

baculum percuteret, quasi victo eo cuius baculus percussus esset, vteretur pro equo. Sed praefati clerici equitandi licentia non vtentes, sola iactatione contenti sunt: vt dum ad baculos suos alacrius concurrerent, laborem itineris non sentirent. Quidam autem laicus, sicut praedictus diaconus asserit, dum baculum praedicti diaconi percussit, incaute in eum equitaturus infiliit, & sic a falce ipsius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit. Inde est quod commonemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatenus eundem diaconum sine licentia summi pontificis ad superiorem gradum ascendere, vel in diaconatus officio nullo vnquam tempore ministrare permittas, sed cum dispensatione in subdiaconatus officio ministrare patiaris.

C A P. XIII. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Presbyterum etiam istum in homicidii crimine lapsum, <sup>Pars capituli, Tanta est vis.</sup> annis duodecim graui poenitentia afflictum, si ita est, tibi remittimus absolutum in Dei nomine, suoque restitutum sacerdotio, non tam considerantes spatium & mensuram temporis, quam poenam doloris. Ne tamen cui libet imprudenti videatur iniquum, eum sacris altaribus restitutum, discat hoc a sanctis patribus confirmatum. Vnde Callistus papa: Errant, qui putant, post dignam poenitentiam, sacerdotem lapsum non posse reparari, & ministrare posse, si a malis abstineat.

C A P. XIV. *Idem.*

Lator praesentium nobis viua voce proposuit, quod cum quadam die casu quodam cum clerico luderet, contigit quod ille proiecit illum ad terram, & cultellus quem ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuito vulneratus occubuit. Eundem igitur ad vos duximus remittendum, discretioni vestrae mandantes, quod rei veritate comperta, si ita res se habuit, & alia iusta causa non impedit, praedictum D. permittatis libere ad sacros ordines promoueri.

C A P. XV. *Item Eugenius papa primus Sarensi episcopo.*

Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmae  
*Concil. Tom. 27.* Mmm

a prædone abscissos esse significasti, Missam celebrare non permittimus: quia non secure propter debilitatem, nec sine scandalo propter membri deformitatem id fieri posse confidimus. Ipsum autem ceteris officiis sacerdotalibus fungi minime prohibemus.

C A P. XVI. *Idem eidem in eadem epistola.*

Præterea clerici, qui relicto ordine suo & habitu, lapsi in apostasia tamquam laici versantur, si in criminibus deprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam non præcipimus liberari: tales enim inter apostatas numerandos, sanctorum patrum statuta declarant.

C A P. XVII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Sacerdotibus autem & clericis tuis denunties publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postmodum præsumperint, & occasione ipsius administrationis, propter propriam causam a laicis capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

C A P. XVIII. \* *Idem Tolosano episcopo.*

Requisiuit a nobis fraternitas tua, vtrum clerici qui post renuntiationem factam, a prædecessore tuo ordines susceperunt, in ipsis debeant remanere, an ad maiores debeant de iure Canonum promoueri. Nos igitur, quia de veritate nobis non constat, non possumus tibi super hoc breuiter respondere. Nam distinguitur, vtrum renuntians, loco simul & dignitati renuntiet: nam vbi loco tantum renuntiat, ordines sicut antea, nisi a summo pontifice, vel eius legato prohibitus fuerit, rogatus ab alio episcopo, poterit de ratione conferre. Cum autem loco pontificali simul cedit & ordini, ibi distinguendum putamus, vtrum sacros contulerit, an minores. Si enim a tali ordines usque ad subdiaconatum quis receperit, quia & huiusmodi ordines quandoque a non episcopis conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores, si idoneus fuerit, ordinari. Sane si ab eodem, facta renuntiatione, sacros ordines quis scienter receperit, quia indignum se fecit, executionem officii non habebit: vbi autem non scienter,

ANNO  
CHRISTO  
1177.

\* Idem  
Andr-  
f. episcop-  
Pari-  
pinali-  
Censura

ANNO CHRISTI 1179. ibi poterit, nisi crassa & supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare.

C A P. XIX. *Idem Turonensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, vtrum liceat tibi spurios & seruos ordinare. Super quo tibi taliter respondemus, quod neque spurios, neque seruos ordinare debes. Et si memor esses, in consecratione tibi dictum est: Vide ne quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere praesumas.

C A P. XX. *Idem Cenomanensi episcopo.*

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid agendum sit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorum proponunt, a quibus sibi sit manus imposta, cum incertum sit, vtrum eorum sint sigilla, quae praesentant. Tuae ergo consultationi, praesentium significatione indulgemus, <sup>f. rarius</sup> \* tutum esse, vt in his statuta patrum veterum obseruentur, quam nouum quid statuatur. Statutum est enim de transmarinis, vt ad minus testimonio quinque episcoporum super ordinatione sua muniantur. Quod in aliis, qui similiter sunt incogniti, credimus obseruandum, ita tamen, vt in suspensione <sup>\* annuo</sup> aliquo tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipsorum actibus instituantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri, quia posset contingere, vt aliquibus praetermissis saltum fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari.

C A P. XXI.

De diacono vestro, qui in sancto sabbato quemdam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine accepit, hoc tuae prudentiae duximus respondendum: quod si contrito & humiliato corde & animo ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa, quam in vxorem accepit, cum non possit, sicut nosti, matrimonium contrahere, ipsum debes recipere, & a sententia excommunicationis, quam pro violenta manuum iniectioe noscitur incurrisse, <sup>f. absol- uere, &</sup> & iniuncta sibi poenitentia de vtroque excessu, post peractam poenitentiam poteris ei diaconatus officium redde-

re, & etiam dispensatiue, si perfectæ vitæ & conuersationis fuerit in presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, siue homines interfecit, siue non, non posse matrimonium contrahere, sacrorum Canonum censura demonstrat. Parochianos autem tuos, ad soluendas decimas ecclesiis, quibus debent, ecclesiastica debes seueritate compellere, quod cum decimæ non ab homine, sed ab ipso Deo sint institutæ, quasi debitum exigi possunt.

Exod. 22.  
Leuit. 27.  
Num. 18.  
Deut. 12.  
14. 16.

## CAP. XXII.

*Idem Lucius tertius Turonensi archiepiscopo.*

Ad aures nostras te significante peruenit, quod religiosi quidam zelum Dei habentes, ad superiores desiderant ordines promoueri, putantes maius præmium cumulandum, quo in maiori gradu positi, sublimius officium fuerint executi: sed prælati eorum desideriis contradicunt; ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in inferioribus ordinibus constituti, iuxta beneplacitum prælatorum suorum, quibus promotio displicet, a superioribus debeant abstinere, an valeant, prælatis suis renitentibus, promoueri. Tuæ ergo quæstioni respondemus, quod honestius est & tutius, subiectos, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam in præpositorum scandalum, gradum appetere digniorem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium confouendum: quoniam esse potest, ut prælati secreta eorum commissa nouerint, ex quibus constat eis, quod salua nequeunt conscientia sublimari: quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine meritorum caritatis, acquiritur regnum Dei.

## CAP. XXIII.

*Item Alexander tertius Bathoniensi episcopo.*

Subdiaconos\* autem nullis, nisi Romano pontifici, licet in diebus dominicis ordinare, quamuis Deo dicatas virgines consecrandi, & minores ordines licentiam habeant conferendi. Sabbato quidem pentecostes non licet alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana, recepta sancti Spiritus gratia, celebrentur.

ANNO  
CHRISTI  
1179.CAP. XXIV. *Idem Herefordensi episcopo.*Pars cap.  
supra de  
potestate  
iudicium.  
Intellexi-  
mus.

Sane super eo, quod moris esse dixisti quibusdam episcopis Scotiæ & \* Galliæ, in dedicationibus altarium vel ecclesiarum extra ieiunia quatuor temporum, clericos ad sacros ordines promouere; prudentiæ tuæ significamus, quod consuetudo illa, utpote institutioni ecclesiasticæ inimica, & detestabilis est & penitus improbanda: & nisi multitudo & antiqua terræ consuetudo esset in causa, taliter ordinati non deberent pro merito in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur: & ordinantes auctoritate ordinandi priuarentur.

## CAP. XXV.

*Idem eidem episcopo in eadem epistola.*

De hoc autem quod quæristi, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios, lectores, exorcistas, vel acolytos promouere, aut etiam subdiaconos facere, prudentiæ tuæ taliter respondemus, quod licitum est episcopis, dominicis diebus, & aliis festiuis diebus, vnum aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut in sabbato sancto, & in sabbato ante dominicam de passione, nulli episcoporum, præterquam Romano pontifici, licet aliquos ordinare.

CAP. XXVI. *Idem.*

Quia quidam clerici desperantes ab episcopis suis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel natiuitatis conditionem, aut tituli defectum, aut minorem aetatem, extra prouinciam suam interdum in transmarinis partibus ordinantur, vel ordinatos se esse mentiuntur, ignota suis episcopis sigilla deferentes: statuimus talem ordinationem irritam esse habendam, sub interminatione anathematis inhibentes, ne a quoquam episcopo ad sui officii executionem admittantur. Episcopus vero nostræ iurisdictionis, qui talem sciens ordinauerit vel susceperit, ab illius ordinis executione ad quem eum ordinauerit vel susceperit, usque ad condignam satisfactionem se nouerit suspensum.

M m m iij

PART  
XXVII.NE CLERICVS VEL MONACHVS  
SÆCVLARIBVS SE NEGOTIIS IMMISCEAT:  
& de regula religiosorum.ANNO  
CANTU  
1179.

## CAP. I.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

FRATERNITATI vestrae per apostolica<sup>\*</sup> præcepta mandamus, quatenus vniuersis monachis vestrae iurisdictionis arctius inhibere curetis, ne villas & ecclesias ad firmam<sup>\*</sup>, vel receptas detinere præsumant. Quod si præsumpserint, eos, auctoritate apostolica freti, sublato appellationis remedio, faciatis a præsumptione sua, ecclesiastica distriktione cessare.

<sup>\*</sup>præcep-  
ta<sup>\*</sup>videtur  
desse,  
recipiunt  
q. d.  
N. ill.CAP. II. *Idem in Concilio Turonensi.*Job. 39. iux-  
ta LXX.

1. Cor. II.

Non magnopere antiqui hostis inuidia infirma membra ecclesiae præcipitare laborat. Hic manum mittit ad desiderabilia eius, electos quoque nititur supplantare, dicente scriptura: *Esca eius electi*. Multorum liquidem casum se operari reputat, vbi aliquod membrum ecclesiae sua fuerit calliditate subtractum. Et inde nimirum est, quod in angelum lucis more solito se transfigurans, sub obtentu languentium fratrum consulendi corporibus, & ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdam ad legendas leges, & confectiones physicas ponderandas, de suis claustris educit. Vnde ne sub occasione scientiae spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipso deficient, ex quo se aliis putant in exterioribus prouidere: de præsentis Concilii assensu statuimus, vt nullus omnino post votum religionis, post factam in loco aliquo religioso professionem, ad physicam legesve mundanas legendas permittatur exire: si vero exierit, & ad claustrum suum infra spatium duorum mensium non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus euitetur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerit, audiat. Reuersus autem in choro, capitulo, mensa & ceteris, vltimus fratrum existat: & (nisi forte ex misericordia apo-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

stolica sedis ) totius promotionis spem amittat. Episcopi vero, abbates, priores, tantæ enormitati consentientes, & non corrigentes, spolientur propriis honoribus, & ab ecclesiæ liminibus arceantur.

CAP. III. *Idem Londoniensi episcopo.*

Secundum instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negotientur, & ne monachi a clericis vel a laicis firmas habeant, vel laici ad firmam ecclesias teneant.

Supra de  
religios.

CAP. IV. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Clericis, qui in sacris ordinibus sunt constituti, iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. Quod si quis tale quid fecerit, honore priuetur, & loco. Iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpositi sæcularis. Clerici etiam qui comam nutriunt, etiam inuiti ab archidiaconis suis tondeantur. Vestimentis autem & calceamentis, nisi quæ honestatem & religionem deceant, vti non liceat. Si quis autem contra venire præsumperit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat.

Ex Tolet.  
Concil.

Ex Conc.  
Rom. Clerici in sub.

CAP. V.

*Idem dilectis filiis G. priori & fratribus iuxta disciplinam bonæ memoriæ \* viuentibus.*

Ad petitionem vestram, regulam secundum quam viuere debeatis, & omnipotenti Deo seruire, duximus constituendam: In primis id statuentes, vt professionem maiori priori omnes laici faciant, in manu eius se absque proprio victuros promittentes, & continentiam, quantum permiserit diuina gratia, seruare. Cui quoque tam clerici quam laici, sicut proprio magistro & animarum suarum rectori, debitam in omnibus obedientiam promittant. Nec alicui inter vos professo liceat ad alium ordinem, absque prioris licentia, vilo modo transire, nisi forte ad religionem migrauerit arctiorem. Nullus, absque prioris licen-

tia hospitale audeat facere. Nullus proprium habeat. Si quid adquisierit, rectori suo assignet. Nullus vestrum alicui vobiscum esse volenti \* crucem tribuat, sed per medium annum vel integrum vobiscum in probatione permaneat. Et tunc maiori priori presentetur, & ab ipso, non ab alio, crucem accipiat.

Supra de  
coniugatis,  
& infra in  
eodem cap.

Ann  
Craur  
1173

\* ad  
rim ex  
quid fa-  
li.

\* *Vxoratus & con. ut supra, de coniugatis. & infra.*

1. q. 1. Ne-  
mo. 17. q. 2.  
Quidam.

Nemo vestrum alicui in capite coronam faciat. Si hospitale in aliquo loco absque oratorio feceritis, liberum erit vobis, absque conscientia episcopi, in cuius parochia fuerit, ipsum constituere. Quod si oratorium ibidem edificare volueritis, absque licentia episcopi non faciatis, iustitia sua in omnibus seruata. Si cum aliquo vestrum, eo mortuo, pecunia inuenta fuerit, & in vita sua non patefecerit, nec ad ecclesiam, nec ad hospitale sepeliatur, sed extra ciuitatem in campis deponatur.

#### CAP. VI.

*Idem episcopis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum presbiteris, per Galliam constitutis.*

Non est vobis dubium, vel incertum, quomodo fratres religiosi \* Cistrenensis ordinis ea religione praeuincant & virtute, quod ex institutione patrum & praedecessorum nostrorum, hi qui in eorum monasteriis professionem faciunt, sine licentia sui abbatis prohibentur de claustro discedere, & discedentes, in aliis monasteriis non recipi. Inde est, quod nos eandem institutionem non solum amicam religioni & rationi consonam sollicitè conseruare volentes, vniuersitati vestrae, &c. quatenus monachos vel conuersos praedicti ordinis, post factam in monasteriis professionem, sine licentia abbatum suorum per episcopatus vestros recipi nullatenus permittatis, & si qui fuerint ex eis, qui sine licentia abbatum suorum de monasteriis, in quibus professionem fecerunt, exire praesumpserint, & commoniti ad sua monasteria celeriter non redierint, eos tamdiu, appellatione remota, censura ecclesiastica percellatis, donec ad monasteria, vnde exierunt, regredi compellantur.

\* C.  
Beruicis

Item



ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. VII. *Idem Londoniensi episcopo.*

Relatum est auribus nostris, quod monachi de Nestun seculariter viuunt, & alios exemplo corrumpunt. Inde est quod auctoritate apostolica tibi indulgemus, vt eos ad obseruationem monastica regula, appellatione remota, compellas: aut si tibi restiterint temerario ausu, eis abiectis, fratres Cistrenensis ordinis in præscriptum monasterium inducas, vt labores impiorum iusti edant, & illi inde rubore suffusi, ad sui ordinis obseruantiam conuertantur.

\*f. Cl.  
Retriels

DE PACTIONIBVS LICITIS PARS XXVIII.  
ET ILLICITIS IN REBVS  
ecclesiasticis.

CAP. I.

*Idem Alexander tertius Exoniensi episcopo.*

QUERELAM magistri Vu. recepimus, qui cum ecclesiam de Ferleia a G. persona eiusdem ecclesie ad annum censum per septennium tenendam suscepisset, ipse sibi eam, antequam per vnus anni spatium tenuisset, auferre præsumpserit: quamquam idem G. præstita sibi fide firmauerit, quod vsque ad terminum constitutum, nullam exinde molestiam vel grauamen ei inferret. Ideo tibi per A. S. mandamus, quatenus si tibi constiterit ita esse, appellatione remota, districte compellas, vt præfatam ecclesiam prædicto Vu. restituat, & vsque ad terminum inter eos constitutum, secundum quod inter eos conuenit, eandem permittat pacifice possidere.

Vsque ad  
certum ter-  
minum ec-  
clesiam lici-  
te teneri ad  
censum an-  
nuum.

CAP. II. *Idem Exoniensi & Vigorniensi episcopis.*

Cum iam pridem Simon clericus procurator prioris & monachorum de Acra, & P. clericus, pro causa quæ inter eosdem monachos & prædictum P. & fratrem eius, pro cuius parte se vicem gerere dicebat, super ecclesia de Ha. & capella de I. vertebatur, ad nostram præsentiam accessissent, ita inter se, nobis tamen non mediantibus, conueniunt, quod prædictus procurator prioris & monachorum,

*Concil. Tom. 27.*

Nnnn

eidem P. pro expensis, quas fecerat, quatuor marcas ar-  
 genti ei persolueret, & idem P. liti cederet, & a monacho-  
 rum penitus infestatione cessaret. Cumque compositio-  
 nem ipsam ad nostram pertulissent audientiam, eamque  
 confirmari auctoritate apostolica supplicarent, nos eam  
 minime duximus admittendam, pro eo quod videbatur  
 prauam speciem illicitæ pactionis continere. Monuimus  
 autem prædictum P. vt ipse tam pro se, quam pro fratre  
 suo, monachos in pace dimitteret, & eidem liti omnino  
 renunciaret. Ille ergo \* monitis acquieuit, & eidem liti pro  
 se & pro fratre suo penitus abrenuntians, authentica in-  
 strumenta, quæ super eadem ecclesia & capella habebat,  
 in nostris manibus resignauit: & nos eum priori & mona-  
 chis prædictis destinauimus, monentes atque mandantes,  
 vt ex quo prædictus P. nostris super hoc monitis acquie-  
 uit, ipsi quoque benignis nostris precibus intenderent, &  
 eidem P. & fratri eius aliquod studerent beneficium pro-  
 uidere, de quo maius lucrum valerent apostolica interces-  
 sione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita  
 prouenire. Ceterum quia sæpediti prior & fratres, sicut  
 accepimus, nec monitis nec mandatis nostris acquiescere  
 volunt: nos eorumdem clericorum laboribus paterna pie-  
 tate compatientes, vobis per auctoritatem præsentium  
 præcipimus, quatenus priorem & monachos moneatis, vt  
 præfato P. & fratri eius decens & competens beneficium  
 conferant & assignent. Quod si forte facere noluerint, vos  
 cum exinde fueritis requisiti, si vobis constiterit prædictos  
 clericos, prout ipsi asseuerant, a prænominata ecclesia de  
 B. & capella de L. iniuste & absque ordine iudiciario, &  
 laicorum violentia eiectos fuisse, ipsas eisdem restitui fa-  
 ciatis: non obstantibus literis nostræ confirmationis, quas  
 prædicti prior & monachia nobis impetrasse noscuntur.

CAP. III. *Idem.*

Statuimus, vt si super decimis inter vos & aliquam per-  
 sonam ecclesiasticam, assensu episcopi vel archiepiscopi  
 sui, compositio facta fuerit, rata perpetuis temporibus &  
 inconcussa persistat.

ANNO  
CHRISTI  
1179.CAP. IV. *Idem Dunelmensi episcopo.*

Accepimus quod quadam ecclesie clericis tali tenore sunt concessa, quod post eorum obitum alii nominatim succedant: unde quoniam hoc iniquum est, & sacris Canonibus inimicum, & ideo non debet aliquatenus tolerari, fraternitati tuae, &c. quatenus huiusmodi successiones tam detestabiles & iniquas, contradictione & appellatione cessante, fieri prohibeas, & omnino friuolas & vanas esse decernas.

Sup. ex  
Conc. Ro.  
Nulla.CAP. V. *Idem Dunelmensi episcopo.*

Contingit interdum, quod licet abbas vel prior alicuius conuentualis ecclesie, cum ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controuersia vertitur, coram delegato vel iudice ordinario transigat, literis capituli sui de ratihabitione monstratis, ipsum tamen capitulum eandem transactionem nititur reuocare. Unde quia super hoc nos consulere voluisti, consultationi tuae taliter respondemus, quod si abbas vel prior de capitulo suo literas de ratihabitione habuerit, transactionem quam fecit, praesertim si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, ac si non consenserit in eam, non poterit aliquatenus reuocare. Super eo vero, quod clerici & religiosae personae, sicut asseris, literarum intuitu quas habent a laicis, sibi ius in ecclesiis vendicant, hoc tibi volumus innotescere, quod ubi episcopalis auctoritas non accesserit, per illos ecclesias suas possunt obtinere.

Transactio-  
nem per ab-  
batem vel  
priorem, cu  
literis rati-  
habitionis  
conuentus  
factam, ra-  
tam haberi.

## CAP. VI.

*Idem abbati de Staforde, & priori de Elelbi.*

Constitutus in praesentia nostra G. clericus, sua nobis assertionem monstrauit, quod cum inter ipsum & A. clericum super capella de Stancona controuersia emerisset, tandem per transactionem fuit sopita: & licet transactio ipsa, fide hincinde praestita, firmata fuisset, eam tamen praefatus A. seruare contradicit. Quia ergo huiusmodi transactiones nonnunquam speciem obtinent simoniae, & non solum a malo, sed a specie mali, secundum Apostolum, nos conuenit abstinere, discretionem vestram, &c.

Sup. de po-  
testate iu-  
dic. Si qua

1. Thess. 5.

• Concil. Tom. 27.

Nnnn ij

quatenus cum propter hoc requisiti fueritis, partes ante præsentiam vestram conuocetis: & reuocata transactione in irritum, causam diligenter audiatis, & sine canonico terminetis.

CAP. VII. *Idem Rhemensi archiepiscopo.*

Querelam I. presbyteri latoris præsentium accepimus, quod nobilis vir comes de Dampetra decimas ad ecclesiam suam pertinentes, per ministeriales suos ei abstulit, & iniuste detinet occupatas. Vnde fraternitati tuæ, &c. quatenus si præscriptæ decimæ ad ecclesiam quam retinet, pertinent, præfatum comitem & ministeriales suos ecclesiastica coercitione compellas, vt eidem presbytero ablatas decimas vel earum æstimationem absque diminutione restituant, vel exinde secum pacifice & amicabiliter componant.

CAP. VIII.

*Item Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis.*

Cum clerici vestræ iurisdictionis, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis, pacifcantur ipsis ecclesiis maiores solito soluere pensiones, vt facilius easdem ecclesias possint adipisci: nos quidem ad tam detestabile vitium extirpandum, attentam volumus curam & sollicitudinem adhibere. Inde est quod fraternitati vestræ, &c. quatenus omnibus clericis vestris, ne id attentare præsumant, publice sub districta pœna prohibeatis: & si qui contra prohibitionem vestram venire præsumserint, appellatione remota, eos ecclesiis taliter adeptis quantocius spolietis, & aliter pro tantæ præsumptionis excessu seueritate ecclesiastica puniatis. Ad hæc, quia quidam sunt clerici, qui cum religiosis viris collusionem facta, sine auctoritate diocæsani episcopi, ecclesias quas tenent, eis constituunt censuales, vt post decessum eorum, eadem ecclesiæ per præsentationem eorundem religiosorum virorum, ad filios vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri: præsentium auctoritate vobis præcipimus, vt si qui clericorum ipsorum inuenti fuerint facere talia, a præscriptis ecclesiis, appellatione remota, non differatis auctoritate apostolica remouere, ne de sua fraude vel dolo lucrum valeant reportare.

Duplici  
pœna pu-  
niendum.

ANN.  
CHRIST.  
1172.

ANN.  
CHRIST.  
1172.

CAP. IX. *Idem VVigorniensis episcopo.*  
*Pars capituli ; Meminimus.*

Præterea illi qui episcopo ignorante, auctoritate sua pensionem annuatim de ecclesiis, collusione facta, soluunt aut recipiunt eas, personis defunctis, vbi ab his qui per episcopum vel per ministrum tales eius auctoritate instituendi personas habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, præsertim si pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, auctoritatem & assensum non constiterit interuenisse. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesias quibus præfunt, auctoritate propria post decessum suum censuales efficere.

CAP. X. *Idem Carnotensi episcopo.*  
*Pars capituli ; Nos in eminenti.*

De cetero noueris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum aduersario suo forte componit, postmodum in ecclesia de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio non est iuri contraria, non est ab loci episcopo hæc aliquatenus reprobanda: sed census absque episcopali auctoritate & ecclesiæ cui præest, sub hoc prætextu solutus, vitam eius qui soluerit, non excedit.

## CAP. XI.

*Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Ex frequentibus querelis personarum satis manifeste didicimus, in partibus vestris consuetudinem prauam admodum & enormem, & sanctorum patrum constitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus inualuisse, quod videlicet clerici cæca cupiditate ducti, ecclesias & ecclesiastica beneficia sine assensu diocesani episcopi vel officialium suorum, qui hoc de iure facere possunt, recipiunt, minus quam deceat sollicitate cogitantes, quomodo id a sanctorum patrum constitutionibus est alienum, & ecclesiasticæ contrarium honestati. Vnde cum tu frater archiepiscope ex officio tibi commissæ sollicitudinis tam iniquam consuetudinem de prouincia tua velis, sicut debes, radicitus extirpare, tam in clericos illos qui eccle-

fias & ecclesiastica beneficia occupata scienter detinent, quam in ipsos qui ecclesias vel ecclesiastica beneficia taliter occupare præsumpserint, & sicut ex literis tuis intelleximus, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam & firmam habentes, eamque auctoritate apostolica confirmantes, per A. S. præcipiendo mandamus, quatenus episcopi singuli vestram sententiam in singulis episcopatibus suis saltem quater in anno innouantes, eam contradictione & appellatione cessante, faciatis inuiolabiliter obseruari: nec clericos ipsos, qui sententiam ipsam incurrunt, vel de cetero incurrunt, si congrue non satisfecerint, & a præsumptione sua omnino destiterint, absoluerè præsumatis.

C A P. XII. *Idem Norwicensi episcopo.*

Audiuimus, in episcopatu tuo, & aliis episcopatibus Angliæ vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, quod interdum collusione inter se facta super beneficiis quæ possident, se sustinent ab aliis molestari, & postea, ut quæstioni cedatur, & iidem clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt aliis de ipsis beneficiis annuam pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est inter eos clericos collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde quia quid tibi sit exinde faciendum nos consulere voluisti: fraternitati tuæ, &c. quatenus si quos clericorum tuæ iurisdictionis collusionem huius fraudis legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusi fuerint, non differas appellatione cessante perpetuo spoliare: quia satis esset absurdum & indignum, si fraus & dolus, quem in præiudicium tuæ iurisdictionis, & aliorum committere nituntur, in eorum non redundaret incommodum & iacturam.

Dolum in  
agentis iac-  
turam red-  
undare.

C A P. XIII.

*Item Lucius tertius B. VVigorniensis episcopo.*

Significauit nobis T. rector ecclesiæ de Dulcing, quod a dilectis filiis nostris abbate & monachis Glastiriæ, ad regimen illius ecclesiæ electus, de soluendo annuo censu quatuor marcarum, quem prædecessor eius soluerat, corporaliter præstitit iuramentum: postmodum venerabilis

ANNO  
CHRISTI  
1179.

frater noster R. V Vigornienſis epiſcopus, in cuius diœceſia ea ipſa conſiſtit, ne ipſe monachis cenſum ſolueret, niſi prius conſtaret quod epiſcopali auctõritate eſſet impoſitus, in periculum ordinis & ſub interminatione anathematis, interdixit. Vnde præfatus rector hinc reatum perii metuit, inde timet periculum inobedienciæ imminere. Quocirca fraternitati tuæ, &c. quatenus partibus conuocatis, ſi præſcriptum canonem de auctõritate præfulis, non de nouo, impoſitum fuiſſe conſtiterit, præcipias epiſcopo auctõritate noſtra vt prohibitionem ſuam ſine dilatione relaxet. Si vero cenſus fuerit de nouo impoſitus, ſiue de epiſcopali auctõritate factum fuerit, ſiue non, abbatem & monachos vt clericum a præſtito iuramento abſoluant, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtinctione compellas. Pati enim nolimus nec debemus, vt eccleſiæ noui cenſus exactione vexentur.

## CAP. XIV.

*Item Cantuarienſi archiepiſcopo & eius ſuffraganeis.*

Ex crebris querimoniis clericorum, qui de partibus veſtris ad præſentiam noſtram accedunt, ſatis nobis euidenter innotuit, quod interdum decedentibus eccleſiarum perſonis, quandoque filii, quandoque alii abſque conſcientia & conſenſu epiſcopi diœceſani, ſe in prædictas eccleſias intrudere non verentur, & earumdem eccleſiarum clauſes accipiunt, & vt eccleſias, vel earum bona teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quum igitur id iniquum ſit penitus & abſurdum, nos tantæ iniquitati, & enormitati, paſtorali volentes conſideratione occurrere, & radicem huius cupiditatis de clero penitus extirpare, fraternitati tuæ, &c. quatenus ſi qui ſint, vel fuerint in partibus veſtris, qui tali modo ad eccleſias detinendas inhære præſumunt, ipſos ad eaſdem eccleſias quantocius relinquendas, ſtudioſe monere curetis, & eccleſiaſtica diſtinctione compellere: ita quod ſi manifeſtum eſt, ipſos ita tenere, & præſumptuoſe eccleſias detinere, ſub obtentu appellationis, ſi quam interpoſuerint, non omittatis quin eos ad eccleſias eaſdem dimittendas, appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellatis.

CAP. XV. *Item Lucius tertius.*

Super re  
sacra trans-  
igi non po-  
teft.

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. super eo quod quaesisti, vtrum super ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio, tale damus responsum: sicut iam pridem, si bene meminimus, alii non absimile quaerenti dedimus responsum, quod secundum formam transactionibus adscriptam, super re sacra litigiosa minime transigi potest. Res \* ergo sacra, vt possideatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere non immerito credimus simoniae. Alias autem gratis & amicabiliter inter se litigantes componere, sacris Canonibus non ducimus obuiare.

PARS  
XXIX.

DE ALIENATIONE RERVM  
ECCLESIAE, ET DE EARVMDEM  
recuperatione.

## CAP. I.

*Alexander III.\* Exoniensi episcopo.*

Ex praesentium latoris insinuatione accepimus, quod Alexander quondam sacerdos ecclesiae dictae Offetolon, calicem quemdam argenteum, & medietatem vnius breuiarii eiusdem ecclesiae pro sua necessitate pignori obligavit, & ea, morte praeventus, minime recolligit. Vnde quia indignum est, vt eiusdem ecclesiae res suae, & praesertim, quae sacris ministeriis deputatae sunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuae, &c. quatenus si verum est quod asseritur, filium eius V. qui ex successione eius, ipsius patrimonii ius dicitur obtinere, moneas diligenter & compellas, vt res ipsas pignoras recolligat, & eas ecclesiae restauret: quod si facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

## CAP. II.

*Idem eidem. Pars capituli; Ad aures. supra de sponsis.*

De his qui parochiales tenent ecclesias, fraternitati tuae taliter duximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit,  
de bo-



ANNO CHRISTI 1179. de bonis quæ ipsius sunt, conferre, si eis supersunt, vt eorum exemplo ceteri inuidentur.

CAP. III. *Idem.*

Ceterum si abbatem tuæ diocesis donationem cum priore & quibusdam de conuentu suo facere contigerit, & pars conuentus postea reclamauerit, datæ rei quantitas & illius terræ consuetudo, quæ tamen sacris Canonibus manifeste non obuiet, est diligentius attendenda, & secundum hoc est donum ratum vel irritum iudicandum. Verum cum alicui ecclesiæ possessio quælibet, interposita conditione, donatur, non potest a donatore donum postea reuocari, nisi forte tali sit conditione collocata, quod ea cessante possessio reuocari debeat.

CAP. IV. *Idem V Vigorniensis episcopo.*

Illas vero terras, quæ de siluis extirpatæ, sunt arabiles factæ, eius hereditario iure sub annuo censu poteris concedere tenendas, a quibus ipsas suorum vel parentum suorum labore constiterit fuisse extirpatas, nisi forte aliis possint ad maiorem ecclesiæ vtilitatem cum eodem honore & labore conferri.

CAP. V. *Idem Panormitano archiepiscopo.*

Quia tua nos duxit prudentia consulendos, vtrum clerici scholares de rebus mobilibus, aut immobilibus possint condere testamentum, consultationi tuæ respondemus, quod licet de his quæ paternæ successionis & cognationis intuitu aut de artificio sunt adepti, siue dono consanguineorum aut amicorum suorum, non habito respectu ad ecclesiam, perueniunt ad ipsos, libere disporre valeant, de his tamen quæ de consideratione ecclesiastica perceperunt, nullum de iure possunt facere testamentum.

CAP. VI. *Idem Salernitano episcopo.*

Ad hæc licet consuetudo illa non sit rationi consona, secundum quam clericus, si a Kalendis Martii vsque ad Kalendas Nouembris decesserit, totum fructum beneficii, quem deberet anno illo percipere, pro voluntate sua

Pars capituli supra, de clericis matrimonio copulatis.

*Concil. Tom. 27.*

Oooo

largitur: quia tamen in multis ecclesiis obseruatur, satis eam in archiepiscopatu tuo poteris tolerare, præsertim si clericus in decessu suo grauetur debitis. Et illud est omnino rationi contrarium, vt vnus clericus in vna vel in diuersis ecclesiis archidiaconatum & cantoriam vel decanatum obtineat, cum singula officia quæ sunt in ecclesiis, assiduitatem exigant \* præstari.

CAP. VII. *Idem.*

Ecclesiam  
iure mino-  
rum seruari  
illæsam.

De possessionibus autem, laicis sub modico censu concessis, nouerit tua fraternitas, quod si læsa ecclesia est & manifestum appareat detrimentum ipsius, cum eius conditionem deteriorem facere non licuerit, & ecclesia iure minorum semper debeat illæsa conseruari, quæ in damnum ipsius constiterit, ad ipsius proprietatemque redire conuenit. Prouidendum est tamen, ne si forte colonus possessiones illas expensis ac suo labore fecerit meliores, sumptibus, quos bono animo fecerit, debeat defraudari.

CAP. VIII. *Idem Cenomanensi episcopo.*

Ad hoc præsentibus tibi literis innotescat, quod clerici de mobilibus quæ per ecclesias sunt adepti, de iure \* restau-  
rari non possunt, viuentes tamen & sui compotes moderate valent aliqua de bonis ipsis, non ratione \* tementi, sed  
intuitu eleemosynæ \* erogare, in ægritudine etiam con-  
stituti.

## CAP. IX.

*Idem decano & capitulo Morianensi.*

Ad hoc in apostolicæ sedis specula sumus, licet immeriti, Domino disponente, constituti, vt aciem nostræ considerationis ad vniuersas ecclesias extendamus, & earum commodis & profectibus omnino intendamus. Peruenit autem ad audientiam nostram ex parte venerabilis fratris episcopi vestri, quod ipse pro ecclesiæ vestræ necessitatibus magno sit onere debitorum prægrauatus. Vnde quasi vir prouidus & discretus nos obnixè rogauit, vt vos pro eis reddendis sollicitos redderemus. Quia vero decet vos pro vtilitate ecclesiæ & incremento, diligentes &

ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

vigiles existere, dignitati vestrae mandamus, quod si contigerit eundem episcopum ante solutionem debitorum, quae pro utilitate & necessitate ecclesiae sibi commissae contraxerit, ex hac luce migrare, de rebus qui spectant ad mensam eius, donec alius loco eius substituatur, eadem debita soluere studeatis. Quo substituto, episcopum ad eorumdem debitorum solutionem omnino adducetis, & sicut filius debita patris, ita praelatus sui praedecessoris pro necessitate ecclesiae contracta tenetur persolvere.

VNI PLVRA BENEFICIA PARS  
XXX.

ECCLESIASTICA NON COMMITTENDA,  
 nec vnum inter plures diuidendum: & de in beneficio  
 sibi assignato non residentibus.

CAP. I.

*Alexander III. Eboracensi archiepiscopo.*

RELATIVM est auribus nostris, quod Nicolaus archidiaconus de Bedis, canonicus \* Beuianensis ecclesiae, ita integre & plenarie canonicam iam dictae ecclesiae requirit praebendam, sicut & illi qui die noctuque satagunt eidem ecclesiae deseruire. Super hoc etiam literas nostras se habere proponit. Quia vero hoc indignum & absurdum est, nisi de consuetudine praescriptae ecclesiae, hoc possit inquirere: fraternitati tuae, &c. quatenus eundem archidiaconum diligenter commoneas, quod occasione literarum nostrarum communia ecclesiae praelibatae nulla ratione contra consuetudinem & institutionem ipsius ecclesiae requirere audeat, nisi eidem ecclesiae in propria persona assidue vel per medietatem vnus anni voluerit deseruire.

CAP. II. *Idem Londoniensi episcopo.*

Cum teneamur ex debito suscepti regiminis prouisioni clericorum intendere tibi & aliis ecclesiasticis praelatis, pro eis scripta nostra dirigimus, & interdum etiam super illorum prouisione, qui aliquod beneficium sufficiens habere noscuntur, dum etiam aliquando ignoramus eos habere aliquod beneficium, pro quibus tibi & aliis ecclesiarum praelatis scribimus, si preces & mandatum nostrum

*Concil. Tom. 27.*

Oooo ij

recepisti pro aliquo, vel aliquando recipies, qui aliud beneficium habet, de quo valet commode sustentari, nisi forte in literis ipsis de alio beneficio quod habet, mentio habeatur: aut si nunc non potes ei sine scandalo providere, æquanimiter sustinebimus, si pro eo preces & mandatum nostrum non duxeris exequendum.

CAP. III. *Idem.*

Deferente I. Nob. presbytero, latore præsentium, accepimus, quod cum duas ecclesias haberet, archidiaconus tuus ipsum altera illarum spoliavit, & eam cuidam presbytero N. nomine assignavit. Prædictus autem I. sentiens se in hac parte gravari, ad venerabilem fratrem nostrum \*Treuerensem archiepiscopum appellavit. Cumque idem I. de mandato eiusdem archiepiscopi in præscriptam ecclesiam fuisset restitutus, memoratus G. ad audientiam nostram appellavit. Postea vero præditus archiepiscopus eundem Leo, quod ad præsentiam suam vocatus, ut alteram de prædictis ecclesiis prænominato G. concederet, venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem a sententia qua tenebatur, facientes eum absolui, eundem duximus tibi remittendum. Quo circa mandamus, quatenus partibus ante præsentiam tuam conuocatis, præscripto I. vna de præscriptis ecclesiis, quam voluerit, cum pertinentiis suis relicta, alteram præfato G. si ecclesiam non habet, non differas assignare. Si vero aliam habet ecclesiam, alteri personæ idoneæ, beneficio ecclesiastico carenti, incunctanter assignes.

CAP. IV. *Idem in Concilio Turonensi.*

Maioribus in ecclesia beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum clericorum præbendæ patiantur sectionem. Idcirco ut sicut in magnis, ita quoque in minimis membris suis ecclesia firmam habeat vnitatem, diuisionem præbendarum, ut dignitatum permutationem, fieri prohibemus.

CAP. V. *Idem Norwicensi episcopo.*

17. Quest. 3.  
Diaconi.

AD audientiam nostram peruenit, quod H. presbyter monachos de Rameseia, & clericum suum T. petendo

ANNO  
CHRISTI  
1179.

vicariam ecclesie de Buruuelle, a qua 29. annis retrocessit, in diuersis postea ecclesiis personatum adeptus, multipliciter vexare ac fatigare presumat. Quia igitur non est canonicum, ut qui curam animarum in diuersis habet ecclesiis, fiat vicarius in alienis, discretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita, si ita esse noueris, predictum presbyterum a petitione predictæ vicariæ desistere, appellatione & occasione remota, districtius compellatis: non obstantibus literis, si quas tacita veritate per nuntium aliquem a nobis impetrauit: extirpari enim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt, & Canonum sunt contraria sanctioni.

CAP. VI. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Fraternitati tuæ duximus respondendum, ut si clerici qui in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficia sunt adepti, ad aliam diocesim absque tua conscientia & assensu morandi causâ transferint, beneficii quæ a te habuerint, liceat tibi eos spoliare, nisi forte disciplinis scholasticis inuigilauerint, aut causam rationabilem tibi ostenderint, quare reuerti non debeant. Præterea clericos alterius diocesis absque literis commendatitiis episcopi sui, nisi pro eis preces aut mandata sedis apostolicæ receperis, non teneris nec etiam debes recipere.

\*f. Lincolniens

CAP. VII. *Idem G.\* Nincolnensi electo.*

De multa liberalitate credimus prouenisse, quod dilectus filius noster S. archidiaconus de Norhantuna, præbendam, quam habebat in ecclesia tibi commissâ, libere tibi concessit, ut eam dilecto filio G. nepoti vestro conferres. *Et infra:* Quoniam igitur nulla ratione sustinere possumus, ut memoratus archidiaconus dispendium patiatur, unde gratiam tuam & nostram meruit obtinere, ubi ius præbendæ suæ cesserit G. ut vestram possit perficere voluntatem: fraternitati tuæ, &c. *ut supra:* Cum rationi & ecclesiasticæ institutioni contrarium sit, ut archidiaconus præbenda careat in ecclesia, cui noscitur in archidiaconatus officio deseruire, non honestum sit tibi, promissionem tuam tam honestam reuocare.

Oooo iij

CAP. VIII. *Idem Burdegalensi archiepiscopo.*Pars cap. supra de spon.  
Confuluit.

Præterea de G. archidiacono, qui cum in tua & Tolofana ecclesia archidiaconus fit constitutus, & in vtraque professus regulariter, collectis illis quæ in archidiaconatu tuo potest colligere, præter conscientiam tuam & licentiam, Tolosam regreditur, & ibi per annum vel amplius moratur: prouidentia tuæ significamus, vt eundem archidiaconum, si ita res se habet, altero quem maluerit, archidiaconatu, occasione & appellatione cessante, facias esse contentum.

## CAP. IX.

*Idem Salernitano archiepiscopo. Pars cap. supra de clericis matrimonio copulatis; Clericos.*

Mandamus, vt si qui clerici ecclesiarum tuarum, fratribus hospitalis cum licentia sui prælati sponte ac gratis per annum vel triennium seruire decernunt, nequaquam impediatur: & interim beneficia sua ecclesiastica vel redditus, si quos habent, non amittant.

PARS  
XXXI.

## DE EXCOMMVNICATIS.

## CAP. I.

*Idem Exoniensi episcopo.*

**E**x parte tua nobis est constanti assertionem propositum, quod quidam interdum pro certis causis excommunicati, sedem apostolicam visitant, & reticentes causas pro quibus sunt vinculo excommunicationis adstricti, auditis confessionibus suis, absolutionis beneficium <sup>\*meruisse.</sup> meruisse. Vnde quia nos consulere voluisti, vtum illa absolutio teneat, si occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerunt, absolutionis meruerunt <sup>\*priuilegium.</sup> priuilegium, siue excommunicationis aliam causam prætendentes; consultationi tuæ taliter respondemus, quod si ita constiterit, eos cogere debes censura ecclesiastica, cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam redire: si vero id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quod non fuerint veritatem confessi, ipsos compellere debes ex-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

inde coram te, quod veritatem confessi fuerint, purgationem præstare.

CAP. II. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Qua fronte nos super articulis iuris consulere valeas, non videmus, cum in his quæ tibi nota sunt & liquida, manifeste dicaris ordinem peruertere, & euidenter libertati \* ecclesiæ contraire, pro qua ille gloriosus & inclytus martyr, prædecessor tuus Thomas martyrium subire non expauit. Iam enim non in ecclesia, sicut canonicum est & honestum, non in palatio, non in camera tua, sed in propria camera regis, contra debitum iuris & contra pontificalis officii dignitatem, episcoporum electiones diceris confirmare. Verum super his, de quibus nos consulere voluisti, prout nobis dederit Dominus, tibi respondemus: sane si quis pro contumacia vel alia qualibet causa, excommunicatione tenetur adstrictus, & offert se ad iustitiam de his, pro quibus sententiam ipsam excepit, iudex eum, vt non in excommunicationem \* discedat, absolueret poterit, etiamsi pars aduersa, ne absoluat, appellationis obstaculum interponat: ab ipso tamen ante absolutionem sufficiente cautione recepta, quod vel in præsentia Romani pontificis, ad cuius audientiam appellatur, si maluerit aduersarius, vel coram iudice, cui Romanus pontifex causam delegauerit, vel coram eo in quo vtraque pars conuenerit, iuris pareat æquitati.

CAP. III. *Idem in eadem epistola.*

De his etiam, qui se conqueruntur irrationabiliter excommunicationi vel interdictioni suppositos, illud idem dicimus, etiamsi hi pro quibus tulerint sententiam, ad sedem apostolicam duxerint appellandum.

CAP. IV. *Idem Rothomagensi archiepiscopo.*

Quia quæsitum est a nobis ex parte tua, si liceat tibi eos qui excommunicationis vinculo ab episcopis, aut suffraganeis tuis fuerint innodati, & ad audientiam tuam appellant, absolueri antequam steterint tuo iudicio: inquisitioni tuæ præsentibus literis respondemus, quod si post appellationem inter eos sententia excommunicationis est

promulgata, absolutione non indigent, cum sententia post appellationem lata neminem ligare possit. Si autem ante appellationem fuerint excommunicati, ante ingressum causæ recepto ab eis iuramento, secundum ecclesiæ consuetudinem debes eos absolueres, nisi episcopo, a quo fuerunt excommunicati, in hac parte volueris deferre, & eos ad ipsum absolueres remittere. Cum autem ab episcopo vel a te fuerint absoluti, causam audire debes, & eam sine debito terminare: quia nec excommunicati ante absolutionem sunt audiendi, nec causa ad eos, a quibus est appellatum, debet aliquatenus remitti.

CAP. V. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Cum ad hoc in beatorum apostolorum principis cathedra, quamquam immeriti, Domino disponente, sumus constituti, ut plantare debeamus, quæ ad virtutem spectant & decorem: & euellere & eradicare curemus, quæ sunt obuia rationi, & profectum impediunt salutis: intelleximus sane quod Hospitalarii nominatim excommunicatos contra prohibitionem ecclesiasticam præsumunt tradere humanæ Christianæ sepulturæ, non cogitantes, quam graue sit illis in morte communicare, quos, dum viuerent, ecclesia pro suis excessibus a sinu suo segregauit. Vnde quoniam huiusmodi præsumptionem & temeritatem nolumus nec debemus aliquatenus tolerare, discretioni tuæ, & quatenus prædictos fratres moneas & hortaris, & ex nostra parte præcipias, ut si quos in excommunicatione defunctos in cœmeteriis sepelierint, extra cœmeteria ipsos penitus eiiciant. Quod si facere noluerint, tu hoc ipsum de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, auctoritate nostra, & appellatione remota, exequaris.

CAP. VI. *Idem in Turonensi Concilio.*

Quoniam superuenientibus nouis morbis nouas expedit inuenire medicinas, & ecclesiasticæ libertati consulere, & subditorum vtilitati providere curantes, statuimus ut capellani, & qui eorum vice ministrant, huiusmodi sacramento adstringantur, ut ex quo fuerit cognitum eis, aliquid ecclesiæ vel cœmeterii seu ecclesiasticæ possessionis, in castrum venisse, vel castrensi violentia ablatum fuisse,



ANNO  
CHRISTI  
1179.

se, conueniant dominum castri, siue illum qui primus ab eo dominatum habet, cuius potestate consilioque res dirigi possit: & si eorum commonitione præmissa, prædam non reddiderit, si adfuerit; vel si abfuerit, de integra restitutione infra octauum diem certam securitatem non fecerit, extunc ab omni ecclesiastico cessabitur officio, excepto baptismo & confessione, & a timore mortis communionem. Quod in omnibus terris eorum propriis præcipimus obseruari, nec non & in illis, in quibus integram exercent dominationem: permittimus tamen, vt semel in hebdomada, causâ conficiendi corpus Christi, Missa in villa celebretur proxima, clausis omnibus ostiis, & exclusis excommunicatis, præter ministros altaris. Quod si prædicti castrenses post datam inter eos sententiam incorrigibiles per 40. dies extiterint, capellani ab eorum recedant officio, non amplius cum eis commoraturi, quamdiu sub anathematis vinculo teneantur. Sub hac lege scriptores claudimus. Quod si capellani vel quilibet officiales clerici ex suis possessionibus sunt aduocati seruitii debitores, vltra tres menses commorandi cum eis licentiam non adhibemus. Quod si gratia commonitionis eis concedatur, conuiscendi tamen & cohabitandi interdiciamus participationem. Qui vero vltra præfixum terminum cum eis commorari præsumperit, officio simul & ecclesiastico careat beneficio, & ne forte præda in dolo conuertatur, aut clericos castrorum excuset ignorantia, egredi debent, obuiare prædæ, audituri & sollicitè inquisituri, si quæ res ibi fuerint ecclesiasticæ, vel earum reclamatores. Si quis autem clericus ob huiusmodi recessum, propter iustitiam a domino suo rerum suarum damna pertulerit, ipse dominus non nisi per integram omnium restitutionem meretur absolui. Si qualibet villa duos vel plures aduocatos habuerit, in quorum aliquem lata sit sententia, dummodo non careant officio, nisi qui eius subsunt dominio. Quod si ecclesia suæ aduocationis fuerit, eadem esset & sibi interdicta: licet alterius aduocationis corpora sepeliri, Missa tamen non celebrabitur. De mutandis autem castrorum vicariis vel clericis, statuimus vt archidiacono significetur, ne alius loco eius substituat, donec eodē adstringatur sacramento. Mercatoribus autem & ceteris hominibus ciuitatum vel burgatorū

Locus ob-  
securus.

prohibemus, ne aliquem nomine excommunicatum, \* hospitem suscipiant, nec in venditione vel in emptione seu aliqua participent accommodatione. Qui vero transgressores extiterint, a sacerdote parochiano tres dies vocentur: tribus autem aliis diebus ad correctionem expectentur: Septimo autem die, si incorrigibiles apparuerint, anathematis sententiam subituri, nec ab episcopo, nec ab archidiacono se nouerint absoluendos. Si vero a domino aliove potente ad hospitandum excommunicatum, hospiti vim illatam cognitum fuerit, hospes reus non habeatur: sed eius qui violentiam intulit, terra suspendatur; cuius suspensionis restitutio pontificali erit arbitrio referuanda. In villis vero vel urbibus vel castellis, quæ regis subsunt dominio, in quibus constabularii ad tempus statuuntur, si ipsum constabularium constiterit anathematis sententiam subiisse, ipso in villa præsentem locum medius, quo recedente, eodem reuersuro, alii diuinum officium non amittant. Suis autem domesticis omnibus a Christianitate suspensis, de cœmeteriis & ecclesiis, siue quibuslibet possessionibus ecclesiasticis tenendas dari prohibemus, ne pro ecclesiæ vel cœmeterii defensione tenendas fidei suæ sponsonem interponant: quod si præsumpserint, ordinis sui & beneficii periculum incurrant. Qui vero ecclesiam vel cœmeterium contempserint, vel ordinatis manus violentas imposuerint, anathematis sententia feriuntur: nec ab alio nisi a domino papa absolutionem consequantur, nisi mortis interueniente periculo, dispensatio misericorditer subueniat, data tamen pro posse satisfaciendi securitate, si conualuerint, pro absolutione papam adituros. Si quis videns excommunicatum ex nomine, hospitio susceperit, vel ei pecuniam scienter accommodauerit, quia nostri sunt contemptores mandati, prohibemus, ne Christianus vel Christiana ei seruiat, donec inde satisfecerit. Præcipimus autem, quod decani fide adstringantur, quod si eis cognitum fuerit, aliquem de clericis hæc decreta non seruasse: episcopo, si affuerit, vel archidiacono denuntient. Prohibemus etiam, ne abbates vel monachi, priores vel abbatissæ, vel priorissæ, de possessionibus ecclesiasticis tenendam donent; clericis autem & laicis prohibemus, ne quis scienter prædam ecclesiæ emat, vel prædam cœmeterii, vel cuiuslibet possessionis

Locus ob-  
securus.

ANNO  
CANTU  
1179.  
\* hospi-  
tio

ecclesiasticæ : quod qui præsumperint , anathematis vinculo feriantur.

*Ex decretis Gelasii papæ , cap. 2.*

Quicumque intra anni spatium ciuilitè siue publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint , ipsi sibi audientiæ aditum clausisse videantur. Quod si obstinato animo defuncti fuerint , nos illorum causam , iuxta beati Leonis prædecessoris nostri sententiam , diuino iudicio reseruantes , quibus uiuis non communicauimus , mortuis non communicamus.

CAP. VII. *Idem.*

Cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica sententia in malefactores aliquos promulgatur , debet rata & firma consistere , vt vsque ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruetur ; quapropter discretioni tuæ , &c. quatenus si quando iam dilectus filius noster plebanus sancti Pancratii , in clericos vel in laicos parochianos suos interdum interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit , præcipias obseruari : nec eam sine congrua satisfactione , & absque conscientia eiusdem plebani , aliqua ratione relaxes.

DE CONIUNGENDIS FILIIS PARS XXXII.  
ANTE VEL POST COMPATERNITATEM  
genitis.

CAP. I.

*Alexander III. Salernitano archiepiscopo.*

**V**TRVM autem filii vel filia ante vel post compaternitatem geniti , possint simul ad inuicem copulari , Canones secundum diuersorum locorum consuetudinem inueniuntur : & licet primus Canon exinde editus , natos post compaternitatem prohibeat ad inuicem copulari , alter tamen Canon posterius editus primum videtur corrigere : per quem statuitur , vt siue ante , siue post compaternitatem geniti sunt , simul possint coniungi : excepta illa persona dumtaxat , per quam ad compaternitatem peruenitur. Vnde tolerabilius nobis videretur , vt secundum

*Concil. Tom. 27.*

Pppp ij

Competenter determinat, cum prior Canon id non negat.

posteriorem Canonem, etiam post compaternitatem geniti, simul possint copulari, præter illam personam, per quam compaternitas contrahitur, nisi consuetudo ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habeat.

ANNO  
CHRISTI  
1179

CAP. II. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si vir vel mulier scienter aut ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc ab inuicem separari debeant & alii copulari, quia nos generaliter consulere voluisti, consultationi tuæ respondemus, quod quamuis sit generaliter constitutum vt debeant, quidam tamen humanius & potius sentientes, aliter statuunt: & ideo nobis videtur, quod siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debitum debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci. Quod si ex ignorantia id factum est, eos excusare ignorantia videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

PARS  
XXXIII.

QVI FILII SINT LEGITIMI,  
ET DE EXACTIONE DOTIVM  
post diuortium, & ad quem pertineat  
huius causæ cognitio.

CAP. I.

*Idem\* Exoniensis episcopo.*

MEMINIMVS nos fraternitati tuæ super causâ quâ inter P. & R. de quadam hereditate vertitur, quam idem P. nomine Sibyllæ vxoris suæ petebat, tali modo scripsisse, vt si constaret, prout literæ tuæ continebant, inter dicti R. patrem & matrem, post eius natiuitatem matrimonium fuisse contractum, eum omni appellatione remota legitimum esse denunties, & ab hereditate paterna propter causam prædictam nullatenus debere repelli. Tanta est enim vis \* sacramenti, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium habeantur legitimi. Verum quoniam P. ultra quam in literis tuis continetur, nobis significauit, quod pater suus, viuente vxore, matrem R. tenebat, & eum in adulterio procreasset, & quod in mor-

\*matrimoni

ANNO  
CHRISTI  
1179.

tem ipsius vxoris mater fuerit machinata: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritatem inquiras, & si tibi constiterit, quod viuente vxore, pater prædicti R. matre ipsius publice abusus fuisset, eum spurium, & ab hereditate repellendum, præsertim si mater ipsius in mortem prioris vxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter se legitimum matrimonium contrahere non potuerunt.

## CAP. II.

*Idem venerabili fratri N. episcopo Bathoniensi.*

Ex conquestione E. mulieris, nobis innotuit, quod R. quondam vir suus, a quo, sicut dicitur, fuit sine iudicio ecclesiæ separata, dotem suam sibi reddere contradicit. Quia vero indecens est, & a iuris ordine alienum, vt prædicta mulier dotem suam amittat, fraternitati tuæ, &c. quatenus si eadem mulier a prædicto viro, iudicio ecclesiæ, separata fuerit, ipsum moneas & inducas, & si necesse fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas, vt prædictæ mulieri dotem suam restituat, aut secundum terræ consuetudinem, in præsentia tua iustitiæ plenitudinem exhibeat.

CAP. III. *Idem.*

Conquestus est nobis H. lator præsentium, quod quamdam mulierem neptem R. accepit in vxorem, & præfatus R. ipsam exheredare conatur, eo quod ante desponsationem matris suæ nata fuerit: cum postea, prout dicitur, pater præfata mulieris, matrem ipsius acceperit in vxorem. Inde est quod fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, nullius appellatione obstante, legitimam esse iudicetis, inhibentes prædicto R. ex nostra & vestra parte, ne sæpedictæ mulieri vel heredibus suis hac occasione super hereditate sua molestiam inferat vel grauamen. Si autem contra inhibitionem nostam venire præsumserit, sublato appellationis remedio, ecclesiastica seueritate percellatis.

## CAP. IV.

*Idem Londoniensi & Vigornienti episcopis.*

Causam quæ inter R. & F. super eo quod mater iam

PPPP iij

dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, <sup>ANNO</sup> <sup>CHRISTI</sup> <sup>1173</sup> agitari dignoscitur, experientia vestra iam pridem commissimus terminandam. Verum quia in literis nostris inferi fecimus, ut saepesato R. possessionem omnium eorum, quorum possessor extitit, quando auus suus iter Hierosolymam proficiscendi arripuit, ante principalis causa ingressum faciatis appellatione cessante restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus. Nos attendentes, quod ad regem pertineat, non ad ecclesiasticam auctoritatem, de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri & dignitati carissimi in Christo filii nostri H. regis Anglorum principis detrahere, qui (sicut accepimus) motus est, & turbatus, quod de possessionibus non scripsimus ei, cum ipsarum iudicium (ut asserit) ad se pertineat: volumus, & fraternitati vestrae mandamus, quatenus possessionum iura regi relinquentes, factum de principali causa, videlicet utrum mater praedicti R. de legitimo matrimonio fuerit nata, plenius cognoscatis, & eam vel aliam secundum literarum nostrarum tenorem, appellatione remota, terminetis, licet incongruum videatur, ut matrimonium genitricis praefati R. impetatur, quod ea viuentis, ut dicitur, non fuerit impetitum.

CAP. V. *Idem.*

Cum inter I. veterem conciuem nostrum & T. mulierem diuortii sit sententia canonice prolata, filii eorum, qui ante sententiam nati fuerunt, & ille qui tunc conceptus erat, non debent exinde sustinere iacturam, cum parentes eorum publice sine contradictione ecclesiae matrimonium inter se contraxerint: inde est quod auctoritate apostolica statuimus, ut filii eorum, quos ipsi ante diuortium habuerunt, & qui conceptus fuerat ante latam sententiam, nihilo minus legitimi habeantur, & quod in bona paterna iure hereditario succedant, & de bonis parentum suorum nutriantur. Quocirca venerabilitati vestrae, &c. quatenus praefatos filios memorati I. praedicta mulieris succedere in paterna bona, & exinde nutririi non prohibeatis; nec occasione diuortii in parentes eorum celebrati, eis a quoquam molestiam vel grauamina sustineatis inferri.

DE RAPTORIBVS, ET ECCLESIARVM PARS  
XXXIV.

VIOLATORIBVS, ET QUANDO POST PERACTAM  
pœnitentiam sit neganda sepultura ecclesiastica, nisi  
satisferent de damno restituendo.

## CAP. I.

*Eugenius tertius vniuerso clero.*

**S**UPER eo quod de raptoribus ecclesiarum, atque presbyteris, qui pœnitentiam eis iniungere, & oblationes eorum contra statutum nostrum suscipere attentauerint, a nobis communi deliberatione statutum cum fratribus nostris statuimus, & constitutionem ipsam, sanctorum patrum vestigia subsequentes, auctoritate Dei & sanctorum apostolorum Petri & Pauli pariter confirmamus, statuentes, vt quicumque ex his raptoribus, qui in vrbe diabolo suggerente violenter surrexerint, in rapina, siue in ecclesiarum violatione manifeste est deprehensus, vel amodo fuerit, nisi ablata prius restituat, si poterit, vel emendandi plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegent: si vero vsque ad obitum, quod absit, in sua contumacia durauerit, & in extremis positus, pœnitentiæ remedium humiliter postulauerit, si emendationem vel emendandi securitatem præstiterit, ac fideiussores, qui ablata restituere debeant, idoneos dederit, ei pœnitentia & ecclesiastica sepultura concedatur. Qui autem in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem ac fideiussores, sicut diximus, præstare nequiuert, solennitas pœnitentiæ parum prodesse (sicut credimus) videtur: sed viaticum non negetur, ita tamen, vt nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynam accipere præsumat. Quod si qui presbyterorum vel clericorum contra statutum nostrum in vita vel in morte pœnitentias dare, aut sepulturæ illorum interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentauerint, seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & beneficio ecclesiastico careant.

## CAP. II.

*Alexander III. Claromontano episcopo.*

Literis tuis quas I. lator presentium exhibuerat, continebatur, quod cum pater eius multis fuisset criminibus irretitus, qui per appositionem ignis, ecclesiarum incendium diabolo suggerente commiserat: tandem in vltima ægritudine constitutus, se confessus est peccatorem, & accepta pœnitentia de commissis, per manum capellani sui fuit a sententia anathematis absolutus: sed moriens, ecclesiasticam sepulturam nequiuit habere. Quapropter si ita res se habet, fraternitati tuæ, &c. quatenus corpus eiusdem patris I. supradicti, appellatione cessante, facias in cœmeterio sepeliri, & heredes eius moneas & compellas, vt his quibus ille per incendium vel alio modo damna contra iustitiam irrogauit, iuxta suas facultates condigne satisficiant, vt sic a peccato valeat liberari.

*Idem ex Concilio Turonensi.*

Fures & latrones si in furando vel in prædando occiduntur, visum est pro eis non orandum: & si comprehensi & vulnerati fuerint, & presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non denegamus.

## CAP. III.

*Item Alexander tertius Lucensi episcopo.*

De secunda vero quæstione, hoc tuam discretionem tenere volumus, quod propinqui eius, quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectio in clericos, in violatione multarum ecclesiarum & incestu, vinculo excommunicationis adstringis, monendi sunt vt pro eis satisfactionem exhibeant: quod si fecerint, quia laborans in extremis, præstito iuramento, per presbyterum \* tenuerit ab excommunicationis sententia relaxari, in cœmeterio poterit sepeliri. Si autem propinqui sui tuis acquiescere monitis contradixerint, quia iam non est purgatum peccatum, defuncto neganda est ecclesiastica sepultura.

DE



## DE POENITENTIA.

PARIS  
XXXV.ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. I.

*Alexander III. \* Exoniensi episcopo.*

SIC VT dignum est, & omni rationi consentaneum, gra-  
 ues & difficiles quaestiones ad examen sedis apostolicae  
 referri, ita etiam nobis ex ministerio susceptae sollicitudi-  
 nis imminet, easdem quaestiones, prout nobis Dominus  
 dederit, absolueret, & singulis a nobis consilium postulan-  
 tibus respondere, vt prouidentia Romanae ecclesiae, qua  
 vbique terrarum obtinet (disponente Domino) principa-  
 tum, quaestiones soluantur, & remoueat in his ambi-  
 guitas de cordibus singulorum. Licet autem super qua-  
 estionibus, quas tua nobis discretio soluendas duxit, te non  
 dubitemus prouidere, & discretum existere, cogimur  
 tamen ex susceptae seruitutis ministerio, discretioni tuae  
 iuxta prouidentiam nostram exinde respondere. Sane  
 cum vir sapiens & discretus sis, & in his plurimum exer-  
 citatus, plenius nosti, quia in excessibus singulorum non  
 solum delicti qualitas, sed quantitas & aetas, scientia,  
 sensus atque conditio sunt attendenda, quare non solum  
 secundum qualitatem & quantitatem facinoris, sed secun-  
 dum ea quae diximus, & secundum locum & tempus, quo  
 delictum committitur, unicuique debet poenitentia in-  
 iungi, cum (sicut tu ipse non ignoras) idem excessus magis  
 in vno, quam in alio sit puniendus. Illi autem qui animo  
 occidendi illum sanctum & reuerendum Thomam quon-  
 dam Cantuariensem archiepiscopum, aut ferendi, aut  
 capiendi, vt de illa captione mors ei subsequuta fuisset, citra  
 manuum iniectioem se fatentur venisse, pari poena sunt  
 puniendi: & alii qui non vt ferirent, sed vt percussoribus  
 opem ferrent, si forte violentia, quam quidam amoliri de-  
 bebant, impediretur, paulo minori poena mulctari; quia  
 sicut scriptum est, qui potuit hominem liberare a morte, &  
 non liberauit, ipsum occidit. Constat quoque eos ab homi-  
 cidii reatu immunes non esse, qui occisoribus contra alios  
 opem ferre venerint: nec caret scrupulo societatis occulta,  
 qui, cum possit, manifesto facinori desinit obuiare. Illi ve-  
 ro qui se asserunt animu regis inflammasse ad odium, vnde

In peccatis,  
quae sint co-  
sideranda.

Concil. Tom. 27.

Q999

forte fuit homicidium subsecutum, satis dure & aspere, sed non ita seuerè sunt puniendi: nisi forte ipsum regem ad illud homicidium prouocassent. Illi quoque non fuerunt a culpa liberi, nec a reatu debent esse immunes, qui licet fuerint iniquæ machinationis ignari, sicariis tamen, si eos sicarios esse sciebant, vel in sarcinis, vel in armis eorum custodiendis ministerium præbuerunt. Illos vero, qui dicuntur illius viri sancti & suorum per mortem occupasse spolia, si nihil aliud in tanto facinore commiserint, a pœna mortis eius arbitramur immunes: sed hæc quæ occupauerunt, tenentur eis in integrum restituere, quibus ablata fuerunt, si habeant in facultatibus, vnde ea reddere possint: & ipsis tamen ex \* hinc pœnitentia moderata est in-<sup>hoc</sup> iungenda, quia licet ex his quæ occupauerunt quædam facerentur se pauperibus in eleemosynam erogasse, non tamen alienas res, cum ipsas potuissent eis restituere quorum fuerint, debuerunt pauperibus erogare. Illi vero qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis qualitate, quo in eadem nequitia perdurauerint ignoranter, & inquisito etiam, si amore vel affectione communicauerint ignoranter vel scienter, secundum hoc pœnitentia est indicenda. Clericos vero, quos constat armatos esse & interfuisse tanto facinori, & clericos etiam illos qui consilium istud dederunt, vel vt sanctus vir caperetur: perpetuo non solum ab altaris officio deponendos esse censemus, sed etiam ita, vt in ecclesiis nullo vnquam tempore lectiones legant, nec responsoria seu antiphonas cantare in choro, sed in psalmis apud Dominum de commisso veniam fatagant implorare. Insuper clerici etiam ipsi in obstructo claustro monachorum vel canonicorum, si fieri potest, sunt includendi, ita quidem, quod ipsi in septennium seu quinquennium debeant ab introitu ecclesiarum cohiberi.

CAP. II. *Idem eidem.*

Ex tuæ fraternitatis literis & confessione sacerdotis præsentium latoris accepimus, quod cum eum ad sacerdotii ordinem assumendum non aliter voluisset eius archidiaconus præsentare, quinque solidos eidem archidiacono soluit, & sic postmodum ordinem istum, per eum præsentare

ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

tus, accepit. Vnde super eo de quo consilium nostrum postulasti, sic duximus respondendum, vt si hoc non est publicum, sed secretum, eundem sacerdotem secreto conuenias, monens eum, sine vlla tamen coactione, propensius & inducens, vt ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuo ab officio, quod ita illicite acquisiuit, abstineat. Si vero ad religionis ordinem assumendum forte inducere non poteris, studeas ei ad sustentationem aliquod ecclesiasticum beneficium constituere, ad hoc, vt debeat officio sacerdotali sponte in perpetuum abstinere, alioquin non erit tutum, cum sit secretus excessus, ipsum inuitum ab eodem officio coercere. Sed tamen poenitentiam secretam secundum quod tibi visum fuerit, iniungere non postponas.

C A P. III. *Idem eidem.*

De peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint, vel per alium pro necessitate adimpleri, tibi respondemus, quod ab eius qui præsidet, dependet arbitrio, vt consideret diligentius & attendat qualitatem personæ & causam commigrationis, seu id ex infirmitate, siue affluentia contingat diuitiarum: & vtrum peregrinatio, an recompensatio vtilior fuerit, & Deo magis accepta, & secundum hoc debet exinde dispensare.

Pars capituli, Memimus.

C A P. IV. *Idem archiepiscopo Cantuariensi.*

Quod autem consuluisti, vtrum remissiones, quæ fiunt in ecclesiarum dedicationibus, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis profint, quam his qui remittentibus subsunt: hoc tuam discretionem volumus firmiter tenere, quod cum a non suo iudice nullus ligari valeat vel absolui, remissiones prædictas illis prodesse tantummodo arbitramur, quibus vt prodesse, pastores proprii specialiter indulserunt: & in hoc intelligas eam quæstionem solutam, in qua quæritur, vtrum is qui excommunicato communicat, a non suo episcopo absolutionis gratiam debeat implorare.

DE SENTENTIIS  
ET INTERLOCVTIONIBVS.

## CAP. I.

*Alexander III. episcopo Norwicensi & abbati  
de Euesham.*

SCRIPSIMVS vobis ad suggestionem H. clerici, vt causam inter ipsum & R. super capella N. diligentius audire debeatis, & sub certa forma terminare, omnino immemores existentes, quod eam prius aliis iudicibus commissimus, dilecti autem filii nostri S. & R. suis literis nobis intimarunt, quod ipsi prædictam causam sibi a nobis, appellatione remota, commissam, ordine iudiciario terminarent. Quare a prænominatis iudicibus veritatem studiosius inquiratis, & si noueritis eos super causa memorata definitam protulisse sententiam, nullatenus in causa ipsa procedatis: & si forte processistis, nec mandatum nostrum, nec factum vestrum volumus eorum sententiæ derogare. Sed vobis firmiter iniungimus, vt prænominato H. perpetuum super eadem causa auctoritate apostolica imponatis silentium.

CAP. II. *Idem eisdem.*

Cum aliquibus adiudicata est possessio, non sufficit eis pignora dari, nisi corporali gaudeant possessione.

CAP. III. *Item R. VVigorniensis episcopo.*

Causam quæ vertitur inter fratres Dunelmensis monasterii, & monachos sancti Albani super ecclesia de \* Tene-<sup>\* Tene-  
muda</sup> muda, audiatis, & appellatione cessante terminetis, illud inter cetera specialiter prouisuri, vt fratres Dunelmensis ecclesiæ auctoritate & assensu episcopi causam ingrediantur, ne si fratres sancti Albani obtineant, episcopus Dunelmensis se abbatem illius ecclesiæ proponens, litem sopitam valeat suscitare.

## CAP. IV.

Archidiaconis de ecclesiastica institutione non videtur

ANNO CHRISTI 1179.  
 licere, nisi auctoritas episcoporum & consensus accesserit, in alios sententiam promulgare.

CAP. V. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Cum aliqua causa, appellatione remota, committitur, & sententia fertur iniqua, eam euacuari oportet, nec debet ei stare, si manifestam contineat iniquitatem.

DE LEPROSIS.

PARS XXXVII.

CAP. I. *Idem.*

EX transmissa conuestione R. clerici nobis innotuit, quod cum ecclesia de N. a monachis, ad quos ius illius ecclesie spectare dinoscitur, ei concessa fuisset, tum temporis cum Vu. clericus, qui fuisse lepra tactus perhibetur, eam possideret, timens ne similiter eadem concessione, aliqua fieret innouatio, ad sedem apostolicam appellauit, & ad nos nuntium suum destinauit. Quoniam igitur vniuersis Dei fidelibus, & his maxime qui clericali dediti sunt officio, in suis iustitiis adesse tenemur, discretioni vestrae, &c. quatenus si vobis ita constiterit, praescriptam ecclesiam praefato R. taliter concessam, & post appellationem ad nos factam super eadem ecclesia, in ea inueneritis alium institutum, eo inde amoto, eam ipsam, omni contradictione & appellatione cessante, iam dicto R. faciatis, dilatione postposita, assignari, non obstante quod eadem concessio facta fuerit tempore praedicti Vu. si ipsum praenominato morbo manifestum fuerit laborasse. Testes vero, quos idem R. vobis nominabit, moneatis attentius, & inducere laboretis, vt amore iustitiae, testimonium perhibeant veritati.

CAP. II. *Idem.*

Peruenit ad nos, quod cum hi, qui leprae morbum incurrunt, de consuetudine generali a communione omnium separentur, & extra ciuitates & villas ad loca solitaria transferantur, nec vxores viros, nec viri vxores suastaliter aegrotantes sequantur, sed sine ipsis manere praesumant. Quoniam igitur, cum vir & vxor vna caro sint, nec debeat alter sine altero diutius esse: fraternitati tuae, &c.

3. q. 1. Vnaquaque.

Qqqq iij

32. quest. 4.  
Si vxorem.

quatenus si qui sunt in prouincia tua viri vel mulieres qui lepræ morbum incurrunt, vxores vt viros, viri vt vxores suas sequantur, & eis coniugali affectione ministrent, sollicitis exhortationibus inducere laboretis. Si vero ad hoc induci non poterunt, eis arctius iniungatis, vt vterque altero viuento continentiam seruet: & si qui contra mandatum nostrum venire præsumpserint, eos contradictione & appellatione cessante, vinculo anathematis adstringas.

Sed hoc, vbi de locis habitatis expelluntur ad solitaria: illud, vbi non. Vel hoc, quando tanta apparet macula, quod ex tactu timetur infectio: illud, quando non tanta.

CAP. III. *Idem Baionensi episcopo.*

Math. 5.

Quoniam ex multis auctoritatibus & præcipue ex evangelica veritate apparet, nemini licere vxorem suam, excepta causa fornicationis, dimittere: constat quod siue mulier lepra percussa fuerit, siue graui aliqua infirmitate detenta, non est propterea a viro suo separanda. Leprosis autem, si se continere noluerint, & aliquam quæ sibi nubere velit, inueniant, liberum est eis ad matrimonium conuolare. Quod si virum siue vxorem diuino iudicio leprosum fieri contigerit, & infirmus a sano carnale debitum exigat, generali præcepto Apostoli, quod exegerit, est solvendum, cuius præcepti nullam in hac causa inuenimus exceptionem.

1. Cor. 7.

CAP. IV. *Lucius III. Lincolnensi episcopo.*

Super eo vero quod quæsiisti de rectoribus ecclesiarum, lepræ macula adeo infectis, quod altari nulla possunt ratione deseruire, neque sine magno scandalo illorum, qui adsunt, ingredi ecclesias: hoc tuam volumus fraternitatem tenere, quod eis dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus ecclesiæ ad sustentationem suam congruam recipiat portionem.

## CAP. I.

*Alexander III. Salernitano archiepiscopo.*

**D**E quarta vero decimæ & oblationis defunctorum, clerici ab impetitione episcopi, quadragenaria temporis se posse præscriptione tueri videntur, nisi forte cathedralis sedes pastore interim caruisset, qui iura ecclesiæ suæ exigere debuit. Sed Romana ecclesia tricennalem præscriptionem contra ecclesiam non adimit.

CAP. II. *Idem \* Cistrensi decano.*

Ex literis tuæ dubitationis intelleximus, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis, & prætextu terminorum inter vos controuersiam verti, eo quod dicas eum antiquos fines egressum, partem fundi tui occupasse: ille econtra asserit, se eandem partem fundi 40. annis possedisse inconcussè. Tu autem ad tuam præbendam quiete per idem tempus perstitisse affirmas. Qua in re quæris cui incumbit probatio, petitori, an possessori: ad quod sane scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, vt in eo vtraque pars vices duorum habeat, agentis scilicet & eius cum quo agitur. Vnde hinc inde rite testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam. Quibus examinatis, iudex<sup>16. q. 3. Dilectio.</sup> quos præcedere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittet. Quod si forte ambarum partium testes æque idonei sunt, possessoris recipientur, cum promptiora sint iura ad absoluendum quam ad condemnandum, excepta causa liberali, in qua si vtriusque partis testes forsân æquales fuerint, pro libertate tamen semper pronuntiabitur. Nam pos<sup>16. q. 3. c. 123.</sup> sessori probationem aliquando dari, iuris manifesti est, cum in sacris Canonibus cautum sit ita: Si quis obiecerit præscriptionem longi temporis, & eam probauerit, reportet possessionem: quoniam nemo recte obiicit, nisi qui possidet.

CAP. III. *Idem Rhemensis archiepiscopo.*

Controuersiam quæ inter Macularensem &amp; Formo-

lensem ecclesias super decimis de villa de \* Remegan<sup>Anno  
Cantii  
1179.</sup> mota fuit, nos cum fratribus nostris pertractauimus: & quidam monachi decimam omnem illius villæ suo monasterio pertinere, tam per Caroli regis donationem, quam per nostrum priuilegium, allegabant. Clerici vero ecclesiæ Formolensis tertiam partem decimæ, 30. annis & eo amplius sine interruptione synodali vel legitima, possedisse asserabant: nos vero vtriusque partis rationibus & allegationibus indagatis, decreuimus, quod si ecclesia Formolensis tertiam partem decimæ per 30. annos quiete & inconcussæ se possedisse, per tres personas idoneas<sup>\* Remega  
gra</sup> sibi propriare poterit, ea deinceps sine inquietatione possideat.<sup>\* si  
probat</sup>

CAP. IV. *Idem abbati & monachis sancti Andrea.*

Si de terra quam habetis in parochia de Breteuelle, iam per 30. annos vel eo amplius decimas sine reclamatione aliqua solueritis, & hoc anno eas canonicis de Planio, post appellationem ad nos factam, contra iustitiam subtraxistis, eas sibi de cetero integre & sine molestatione, occasione & appellatione postposita, persoluatis, & quas noscimini subtraxisse, integre restituatis. Licet enim priuilegiorum Romanæ ecclesiæ beneficio, fratribus Cisterciensis ordinis indultum fuerit, quod de laboribus suis nulli decimas vel primitias persolvere debeant, de priuilegio tamen vobis indulto tanto tempore subtrahere voluistis, cum liberum sit vniciuique iuri suo renuntiare, eoque modo non potestis vos in hac parte tueri. Sane nisi nos vos & ordinem vestrum tantum diligeremus, grauiter aduersus vos moueremur: nec \* poterimus aliquatenus relinquere<sup>\* possi-  
mus</sup> impunitum, si nobis constaret, quod post appellationem ad nos factam, manus vestras exinde extendissetis ad prædictas decimas furripendas.

CAP. V. *Item gloriosus Clemens in lib. Stromatum.*

Vigilanti studio cauendum est, (quod summa dimensio diuini iudicii ab initio consueuerit propria dimittere, aliena non appetere) ne malæ fidei possessores simus in alienis prædiis, atque rebus maxime ecclesiasticis, quoniam nulla antiqua dierum possessio iure iuuat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam nouerit se alie-  
na



ANNO  
CHRISTI  
1179.  
\* Ephesi-  
mus

na possidere, cum bonæ fidei possessor dici non possit.\* Euphegius enim legislator, solum propter vitandam miserorum segnitiam, & longi temporis errorem & confusionem, primus tricennali & quadragenali possessioni vigorem legis imposuit: nobis autem in rebus tam cognitis quam latentibus placuit non habere vigorem.

CAP. VI. *Item Gregorio Syracusano episcopo.*

Ne religiosorum virorum corda ecclesiasticarum rerum contentio a mutua, quod absit, caritate disjungat, magna est sollicitudine studendum, vt facillimum finem res possit in altercationem deducta percipere. *Et infra:* Hortamur ergo, vt ad loca prædicta, de quibus contentio est, debeatis accedere, & vtraque parte constituta, cominus loca quæ in lite sunt, vestra faciatis præsentia terminari, 40. tamen annorum ab vtraque parte seruata præscriptione.

CAP. VII.

Sanctorum patrum auctoritas & humanæ leges irrefragabiliter constituentibus confirmauerunt, & nos in præsentis Concilio cum omnibus, qui adsunt nobiscum, inuiolabiliter confirmamus, vt omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinentes, a quibus per triginta annos possessæ sunt quiete & secure, absque synodali proclamatione, perpetuo detineantur, nullaue vox audiendi alicui aduersario concedatur.

CAP. VIII.

*Idem Urbanus III. de Nouo loco & de Turgam prioribus.*

Super eo vero quod apud vos intelleximus dubitatum, scilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præscribendis, statutum per Canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus, sicut in prouincialibus admittendum: illud vobis duximus respondendum, quod bene videtur in vtroque seruandum, si parochiarum fines legitima probatione vel alias indubitata fide constiterit ecclesiastica ordinatione constitutos.

*Concil. Tom. 27.*

Rrrr

Pars  
XXXIX.DE VICARIIS MONACHORVM,  
ET ALIORVM.Anno  
CXXXIX  
1177.

## CAP. I.

*Idem VVigornienſi epiſcopo.*Pars capi-  
tuli, Super  
eo quod a  
nobis.  
Supra de  
appellatio-  
ne.

**D**E monachis autem, qui vicarios parochialium eccleſiarum in tantum grauunt, vt hoſpitalitatem tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationem habere, hanc tene curam & prouidentiam, quod ad \* præſumptionem monachorum nullum recipias, niſi tantum de beneficiis eccleſiæ fuerit ei aſſignatum, vnde iura epiſcopalia poſſit ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere. Iſtis autem ſacerdotibus, quibus a te vel a tuis prædeceſſoribus cura animarum eſt commiſſa, in eccleſiis monachorum eam ſubtrahere poteris, niſi iſtis a monachis honeſta & ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſſignata, & in his ita \* promiſſum, quod tibi de tua iuſtitia poſſint, ſicut conuenit, reſpondere.

\* ſi præſumptionem

\* ſi promiſſum

CAP. II. *Idem VVintonienſi epiſcopo.*

Si perſona alicuius eccleſiæ vicario, quem in eadem eccleſia conſtituit de aſſenſu & auctoritate diœceſani epiſcopi, aſſignauit portionem, is qui perſona illa defuncta in perſonatum illius eccleſiæ ſucceſſit, ab eadem eccleſia vicarium remouere, vel aſſignatam ſibi portionem minuere non poteſt, niſi aliquid committeret, propter quod per iudicem eſſet in vicaria vel beneficio condemnandus.

CAP. III. *Idem Norwicensi epiſcopo.*

Clericos autem vel in preſbyteratu, vel in aliis minoribus ordinibus conſtitutos, in vicariis quas ſunt adepti, alios ſubſtituere non permittas, cum id ſatis ſit abſurdum & abſonum, & omni rationi contrarium.

## CAP. IV.

Extra. De  
ingrati-  
tudine.

Illud etiam in vicariis, qui perſonis fide & ſacramento ſunt obligati, duximus ſtatuendum, quod ſi fidei vel ſacramenti religione contempta, perſonatum ſibi falſo aſſerentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iu-

ANNO CHRISTI 1179.  
re conuicti fuerint, de cetero in eodem episcopatu ad officii sui executionem non admittantur.

CAP. V. *Idem Eliensi episcopo.*

\* Hochā Veniens ad nos P. rector ecclesie de \* Gestunens sua nobis insinuatione proposuit, quod ipse Ioanni de \* Fescam, qui multos habet ecclesiasticos redditus, & vicarias in ecclesiis pluribus, vicariam de \* Gestunens sub annua trium marcarum pensione concessit, cum redditus illius vicarie 4. marcas valeant annuatim. Licet autem in ipsius vicarie concessione quaedam decima fuisset excepta, nihilo minus tamen memoratus Ioannes prefatum P. contra religionem fidei sue, qua se contra concessionem ipsam promiserat aliquando non venturum, super predicta decima coram venerabili fratre nostro Norvvicensi episcopo per literas nostras traxit in causam, & cum in predicta causa P. vincere non posset, ab alio iudice pro sua voluntate fecit eum citari. Quoniam ergo sustinere nolumus, nec debemus, vt idem P. inhibita vexatione grauetur, fraternitati tue, &c. quatenus partibus conuocatis, diligentius inquiras veritatem: & si tibi constiterit, quod predicta decima fuisset excepta, memoratum clericum ab impetitione prefati Ioannis, contradictione & appellatione cessante, auctoritate apostolica fretus absolvas. Si vero quidquam in detrimentum iuris ipsius P. factum est, postquam iter arripuit ad nostram presentiam veniendi, id contradictione & appellatione cessante, corrigas, & ad statum illum reducas, quo in tempore aggressi itineris noscitur extitisse. Ceterum si memoratus clericus in aliis ecclesiis vicarias habeat vel ecclesiasticos redditus, de quibus possit sustentari, a vicaria prescripta ecclesie de \* Gestunens confirmationis nostre literis non obstantibus, appellatione cessante, remoueas, & eandem ecclesiam restituere eidem P. non postponas, dummodo velit & debeat in presbyterum ordinari, & per semetipsum in eadem ecclesia Domino deseruire.

Pars capituli Secundi, supra, Ne clericus vel monachus.

## CAP. VI.

Prouideas autem attentius, ne in episcopatu tuo patiaris quemlibet plures vicarias habere. Quia cum vicarii te-  
Concil. Tom. 27.

Rrrr ij

neantur ecclesiis & propriis personis deferuire, alienum est ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnam.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

PARS XL. DE ELECTIONIBVS  
ET ELECTORVM POTESTATE.

CAP. I.

*Idem\* Exoniensi episcopo.*

**N**OSTI sicut vir prudens & sapiens, quomodo dilectus filius noster G. dictus Lincolniensis electus, committendi honores vel præbendam, & alia disponendi de rebus ecclesiæ, cum sua nondum sit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Inde est, quod fraternitati tuæ, &c. quatenus eidem dicto electo ex nostra parte non differas arctius inhibere, ne archidiaconatum alicui conferre præsumat, vel si iam concessit, ei auctoritate nostra præcipias, vt concessionem suam, omni contradictione & appellatione cessante, studeat reuocare. Quod si distulerit, tu eandem concessionem, appellationis remoto remedio, auctoritate nostra non differas reuocare.

CAP. II.

*Idem I. basilicæ 12. apostolorum presbytero cardinali,  
apostolicæ sedis legato.*

Quod diligentia tua per dilectum filium nostrum H. S. a nobis requisivit, an electio electi, qui nuper abiurato schismate, ad vnitatem ecclesiæ & nostram deuotionem rediit, confirmari debeat, id tibi duximus respondendum, quod si ab schismatico nullum ordinem suscepit, & eius electio vnanimiter & concorditer secundum ordinem Canonum facta fuerit, dummodo alia ratio non impediatur, confirmationem tuam ratam habemus, mandantes, vt eum facias a catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensi ecclesiæ in episcopum ordinari, salua tamen iustitia debita & reuerentia, eiusdem ecclesiæ, cum ad catholicam redierit vnitatem.

CAP. III. *Item\* Cicestrensi episcopo.*

Cum de tua & aliorum electione, qui sunt in quibusdam

ANNO  
CHRISTI  
1179.

ecclesiis Anglicanis electi, in nostra presentia & fratrum  
quæstio mota fuisset, & singulis vestrum quædam obiicerentur, tibi obiectum est, quod in oculo maculam habeas, & quod canonici filius sis: attendentes prudentiam & honestatem tuam, & volentes te nomine gratiæ ac dilectionis prerogatiua gaudere, venerabili fratri nostro Cantuariensi archiepiscopo apostolicæ sedis legato dedimus in mandatis, vt pro eo quod canonici filius diceris fuisset, in promotione tua ex multa dispensatione procedere non postponat; de macula vero quam in oculo habere diceris, hoc prædicto archiepiscopo mandauimus, vt \* in quo suffraganeorum suorum, & præsertim venerabilium nostrorum fratrum \* Exoniensis & Vigorniensis episcoporum examini visum fuerit, sic exequatur. Tu vero eundem archiepiscopum super his inquirere studeas humiliter ac deuote, quia nos tibi ex magna dispensatione in hac parte curauimus sollicitè prouidere, vt personam tuam sincera caritate diligimus, & quantum secundum Deum possumus, libenter ad tuum intendimus commodum & honorem.

\*secundum quod

## CAP. IV.

*Item Lucius tertius Turonensi archiepiscopo.*

\*secræta

Presbyter cardinalis \* sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum fuisses ad ecclesiæ tuæ regimen de voluntate maioris & sanioris partis fratrum electus, quia paucis contradicentibus non valebas debita pace gaudere: quidam amicus de conscientia tua & voluntate, perturbata tamen, ei qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exsoluit: & sic, quam prius sustinebas, contradictio quieuit. Nunc autem dubitas, quod non sis simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. Quia igitur per iam dictum cardinalem apostolicæ sedis consilium quæstiuisti, præsentium tibi significatione monstramus, quod multum tibi consulis, si administrationem prædictam celeriter & sponte dimittis, euangelici verbi memor existens: *Nil prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.*

Matth. 16.  
Marc. 8.

## CAP. V.

*Item Alexander tertius Rauennæ archiepiscopo.*

Causam quæ inter moniales sanctæ Margarete super discordiam & dissensiones electionis quam fecerant agitari dignoscitur, experientie tuæ iam pridem commissimus terminandam. Vnde quoniam ipsa causa in tantum protrahitur, &c. fraternitati tuæ, &c. quatenus infra duos menses ad plus secundum tenorem aliarum literarum, quas tibi misimus, in causa procedas, ita videlicet quod si sorores ipsæ electionem in episcopum contulerint promittentes, quod illam quam episcopus eis prouideret, reciperent, ipsam quam episcopus prouiderit eis, facias ab eis, appellatione cessante, in suam recipi abbatissam, si tamen idonea existit. Si autem in causa procedere non poteris, dilectis filiis nostris F. basilicæ duodecim apostolorum, & priori sancti Victoris ex parte nostra significes, ut in eadem causa procedant, & sine debito decident.

PARS XLI.

## DE INTERPRETATIONE

VERBORVM ET RESCRIPTORVM.

## CAP. I.

*Item Alexander tertius Eboracensi archiepiscopo.*

**I**NTER ceteras consultationes tuas id fuit propositum, quid teneri debeat cum aliqua sub disiunctione mandantur, quorum vnum erit verum, alterum falsum, puta si ponatur quod talis fuerit filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus, ab eo qui proximus in eadem ecclesia ministravit, vel quod ipsam ecclesiam illicite occupauit: cui questionem taliter respondemus, quod conuenit iudici, quodcumque istorum constiterit, ei prædictam ecclesiam ab iudicare, & idem in similibus decernere.

## CAP. II.

*Idem\* Exoniensi & Vintoniensi episcopis.*

Significauit nobis D. presbyter, quod cum ecclesiam de \*VVaplam per triginta annos possedisset, monachi de Lentunen super eadem ecclesia ipsum occasione litera-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

rum, quas ad venerabilem fratrem nostrum Herefordensem episcopum, & dilectum filium nostrum Ma. Vac. impetrasse dicuntur, absque cessatione fatigant, proponentes quod fuerit filius eius, qui ante eum in ecclesia proximo ministravit, cum tamen pater eius sacerdos non fuerit, & decretum nostrum sit dumtaxat contra filios sacerdotum promulgatum. Quoniam ergo constitutiones nouæ futuris dant formam negotiis, fraternitati vestræ, &c. quatenus si memoratum presbyterum diutius ante Concilium Turo-nense præscriptam ecclesiam tenuisse constiterit, si alias idoneus extiterit, eum ab impetitione monachorum sublato appellationis remedio, absoluatis, non obstantibus literis contra ipsum impetratis, eo quod fuerit filius eius in eadem proximo ministrans.

Constitu-  
tiones no-  
uas futuris  
dare formã  
negotiis.

C A P. III. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

De hoc autem, quod circa finem literarum tuarum consulere voluisti, quid debeat obseruari, cum inter alios sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter quod alter proponit: hoc tuam volumus discretionem tenere, quoniam inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi, ad id faciendum scientia sint idonei & ætate: quo cognito, si alter aliter intellexerit, quam alter proposuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterque verba prolata in eo sensu recipere, quem solent recte intelligentibus generare.

Pars capituli,  
Ex literis  
quas super  
causa. Supra  
de sponsali-  
bus.

In dubiis ad  
communem  
intelligen-  
tiam recurri  
debet.

C A P. IV. *Idem abbati & fratribus de Rival.*

Cum ordinem Cistertiensem professi, eo quod priuilegio quo fratres alii gaudeatis, inter vos & clericos sæculares super decimis quæstione suborta, tacitoque quod sitis ordinis Cistertiensis, contra vos velut in monachos alterius ordinis, literas ab apostolica sede impetrantes, dein iuramentum litibus, sicut vobis significantibus accepimus, & expensis difficillimis inquietant: volentes ergo sollicitè vobis prouidere, ne contra tenorem priuilegiorum vestrorum possitis quorumlibet temeritate vexari, auctoritate apostolica vobis indulgemus, vt si contra vos super decimis vel aliis qua ordini vestro specialiter apostolica sedes indulsit, non facta mentione Cistertiensis ordinis, literæ

fuerint a sede apostolica impetratæ, eis minime teneamini respondere.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. V. *Idem VVigorniensis episcopo.*

Locus ob-  
scurus.

Sicut ex literis tuis euidenter, frater episcope, accepimus, aduocatum H. clericus eum proposuit, H. clerico non debere respondere, eo quod filum fractum esset, quo nostra bulla pendebat, \* vt cum literæ illæ a nobis impetratæ fuissent, & in nostra cancellaria compositæ, circumspeditionem tuæ prudentiæ non immerito commendamus, quod hac occasione in causa procedere distulisti, in qua non decuit aliter quam feceris processisse.

\* f. & du-  
bitaretur  
vtrum li-  
tere

CAP. VI.

*Idem abbati de Ramesai, & archidiacono Heliensi.*

Ex literis tuis ad nos directis accepimus, quod cum vobis causam, quæ inter dilectos filios nostros monachos de \* Cois, & canonicos de Lincol. nec non etiam Geruasium clericum, super ecclesiis de \* Ginprec & Arestanen agitari dignoscitur, commissemus sub certa forma diffiniendam, & canonici literarum nostrarum auctoritate citati, aliquando coram vobis apparuissent, & interdum nec venire, nec responsalem mittere voluissent, se contumaciter absentantes, licet monachi ob contumaciam aduersæ partis essent in possessionem mittendi, sequestrari fecistis, vt sic saltem canonici affecti tadio, iudicio stare cogentur. Tandem vero partibus in præsentia vestra constitutis, & memoratis monachis ecclesias sibi restitui postulantes, canonici responderunt auctoritatem vestram penitus expirasse, eo quod a nobis ad alios iudices literas impetrauerunt, quæ præiudicare prioribus videbantur. Vnde quoniam in literis nostris posterioribus non fuit facta mentio priorum, nec nomina ecclesiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant posita, sed indefinite dicebantur super quibusdam ecclesiis, non attendentes, malitiam & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes tantam illusionem impunitam relinquere: discretioni vestræ, &c. quatenus cum exinde requisiti fueritis, partes ante vestram conuocetis præsentiam, & præscriptam causam secundum formam priorum literarum, omni occasione & appellatione cessan-

In posterioribus priorum mentionem fieri debere.

\* Crois  
\* Guisprec



ANNO  
CHRISTI  
1179.

cessante, diffiniatis: & canonicos, quoniam ausi fuerunt  
mandatum nostrum eludere, & per surreptionem huius-  
modi literas impetrare, quod nuntius eorum plenius re-  
cognouit: ad metum & pœnam aliorum, expensas, quas  
monachi nunc ad nos \* mittendo fecerunt, eis, remoto  
appellationis obstaculo, reddere compellatis.

\*ueniēdo

CAP. VII. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Sane si a nobis super aliqua causa litera prius impetren-  
tur, & alia postea, non facta mentione priorum literarum,  
litera obtinentur, si iudicibus innotuerit, donec Roma-  
num pontificem consulant, & suam exinde plenius recog-  
noscant voluntatem, executione literarum debent peni-  
tus superfedere, ne \* pro varietate literarum, causarum fi-  
nes valeant impediri.

\*præ

CAP. VIII. *Item Lucius tertius Lincolnensi episcopo.*

Ad aures nostras, te significante, peruenit, quod pluri-  
mi archidiaconi, præcentores, vel ecclesiastici præditi dig-  
nitatibus, super minoribus beneficiis per interpositas per-  
sonas, literas impetrantes, nomen suæ supprimunt digni-  
tatis, & simplici nomine se appellant, tamquam non ha-  
beant aliquem in ecclesia ista personatum: itaque rescripto  
nostro postulas edoceri, si fraus ista tacendi præiudicium  
ei debeat generare. Tuæ ergo consultationi taliter respon-  
demus, quod cum non sit nostræ intentionis, vt personæ  
pluribus reatibus abundantes, per literas nostras paupe-  
res clericos super minoribus beneficiis vexent, literas in  
quibus auctor nomen suæ dignitatis suppressit, vires ali-  
quas nolumus obtinere.

CAP. IX. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Si autem aliquis auctoritate posteriorum literarum, per  
aduersarium ad iudicem tractus, obiecerit se priores ha-  
bere, de quibus mentio non habetur, si eis dolo vel negli-  
gentia vti proposuit, excusari non debet. Si autem co-  
piam iudicis delegati habere nequiuert, per posteriores  
literas non poterit conueniri.

PARS  
XLII.

## DE EXCEPTIONIBVS.

CAP. I. *Idem eidem.*ANNO  
CHRISTI  
1179.

**E**x parte fraternitatis tuæ fuit nobis requisitum, vtrum cum aliquam causam sub certa forma committimus, iudices delegati ita formam sibi commissam sequi debeant, vt rationabiles exceptiones non admittantur: super quo itaque tuæ prudentiæ taliter respondemus, quod si quandoque iudici expediat formam institutam seruare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in causa secundum iuris æquitatem procedere, nisi exprimatur in literis nostris, quod nullæ debeant exceptiones admitti: quod nec nos, nec aliquem prædecessorum nostrorum credimus expressisse.

Exceptionem inducunt, vis, metus, dolus, res litigiosa, transactio, pactio, expressa & tacita, iuratio, iudicatio, error, tempus, forum, fauor, odium, ætas, sexus, & similia. Exceptionum alia prima, alia secunda: Prima stat in generali nomine, & datur reo: Secunda transit in speciale nomen, & dicitur replicatio. Est autem replicatio exceptionis resolutio, quæ datur actori. Sed cum deinceps vtrinque multiplicantur exceptiones, earum nomina sunt, duplicatio, triplicatio.

CAP. II. *Idem abbati S. Albani, & abbati\* Leicestriæ.*

Dilecti filii nostri, abbas & fratres monasterii sancti\* Ebbelli, nobis transmissa insinuatione monstrauerunt, quod cum A. clericus super ecclesia de Alitun, quæ ad prædictum monasterium pertinere dicitur, eis quæstionem mouisset, tacita veritate, non contra eos, sed contra quemdam vicarium, quem in eadem ecclesia constituerunt, ad venerabilem fratrem nostrum V Vigorniensem episcopum literas impetrauit. Cum autem idem episcopus prædictum vicarium vna cum eodem A. ante præsentiam suam conuocasset, vicarius ipse ac prior dicti monasterii, qui casu ad partes illas accesserat, memorato episcopo dixerat, quod idem vicarius super prædicta ecclesia conueniendus non erat, cum eam non suo nomine, sed abbatis possideret,

\* Ebbelli  
\* Eburni  
\* Eburni

ANNO  
CHRISTI  
1179.

\*f.A. cle-  
nico

quare sibi exinde, absente abbate, & ignorante, respondere episcopo nullatenus tenebatur. Vnde ad nostram appellauit audientiam: sed prædictus episcopus, quod vix credere possumus, appellationi non deferens, abbate absente & ignorante, & non citato, ecclesiam ipsam prædicto \* Vu. adiudicauit; in quo facto prædictus abbas & fratres se asserunt esse grauatos. Quia vero sollicitudini nostræ incumbit, viris ecclesiasticis, & præcipue religioni & honestati deditis, iura sua integra seruare, & id quod inter alios actum sit, aliis præiudicare vel nocere non debet, discretioni vestræ, &c. quatenus partibus ante præsentiam vestram conuocatis, si vobis ita esse constiterit, præfato abbati & fratribus præscriptam ecclesiam, cum fructibus inde perceptis, amoto eo qui in eadem ecclesia intrusus est, nostra auctoritate freti, occasione & appellatione cessante, restitui faciatis. Restitutione autem facta, si de proprietate forte agere voluerint, causam audiatis, & eam, mediante concordia vel iudicio, sublato appellationis remedio terminetis.

Supra, de  
spoliatis.

CAP. III.

*Idem decano Lincolnienfi & abbati de Riuallis.*

Accepta conuestione P. clerici, quod violenter ecclesia de Procebrant fuisset spoliatus, discretioni vestræ per A. S. præ. si bene meminimus, dedimus in mandatis, vt si per officiales venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi apostolicæ sedis legati, ex concessione ipsius in eadem ecclesia fuisset institutus, & inde per violentiam eiectus, eam sibi auctoritate nostra restitui faceretis. Quibus cognitis, responsum est sicut nobis.

DE SEPVLTVRIS,  
ET DEFVNCTORVM VOLVNTATIBVS.

PARS  
XLIII.

CAP. I. *Item Paschalis secundus.*

**V**OLVMVS, ac iuxta Canonum sententiam nobis probabile videtur, vt sicut morienti conceditur, rerum suarum iudicium facere quocumque loco sibi placuerit, sic nimirum iustum est, sui corporis licentiam habere eli-

*Concil. Tom. 27.*

SSS ij

gendi sepulturam, in quocumque loco voluntas extiterit, siue in monasteriis, siue in aliis locis.

ANNO  
CHRISTO  
1179.

CAP. II. *Item papa Leo tertius.*

Matth. 27.  
Luc. 10.  
Matth. 10.  
1. Tim. 5.

2. Cor. 1.

Premerb. 22.

Nos instituta maiorum patrum considerantes, illorum decreta firmando statuimus, vnumquemque in maiorum suorum sepulcris iacere debere, vt patriarcharum exitus docet. Nulli tamen denegamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam: Dominus enim & magister sibi alienam elegit non propriam, qui sine peccato erat. Sed quia *dignus est operarius mercede sua*, tertiam partem iudicii sui illi ecclesie censemus iure dari, in qua caelesti pabulo a principio sui exordii refectus cognoscitur, vt iuxta Apostolum, sint socii consolationum, vt fuerunt passionum, & sic demum, vbicumque libitum fuerit, eligat sepulturam; aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per prophetam locutus est, dicens: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*, sub vinculo anathematis detestamur & contradicimus, nec nostrum est, nec alicui \* vndique vel sacerdoti vel fidelilaico vnquam licuit, \* f. vii. que sine magna delicti culpa, in talibus proferre iudicium, &c. ea quidem quae mortuo posito ante sepulturam eius, facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fideiussores, aut pignora capiendo, penitus amputari praecipimus.

CAP. III.

*Item Alexander tertius Cantuariensi archiepiscopo. Pars capituli, Qua fronte. supra de excommunicatis.*

Super eo vero, quod defuncto aliquo, interdum religiosae personae, interdum ecclesiasticae, interdum etiam saeculares, postulant sibi debita solui, quae defunctus ipsis debebat, & nisi soluantur, ne corpus defuncti sepulturae tradatur, vocem appellationis emittunt: hoc tuae fraternitati duximus respondendum, quod si defunctus de rebus suis disposuit, & debita disponere praetermisit, nisi de solutione debitorum (dummodo sit soluendo) ab herede vel consanguineis defuncti sufficiens cautio detur, corpus eius, postposita appellatione, ecclesiasticae sepulturae non tradetur.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. IV.

*Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.*

Monachi corpora hominum tam viuorum, quam mortuorum, ad ecclesiam suam deferre non audeant, sine consensu & petitione eius ecclesie, quae ei dum viueret, consuluit, & consulendo viaticum suum administravit. Quod si fecerint, veluti inuasores sanctae ecclesiae sub districta anathematis interpositione, quousque satisfaciant ecclesiae, fieri praecipimus, omni remota fraternitatis occasione. Similis modo vnaquaque ecclesia totius ordinis, aliam quamlibet inuadere pertimescat: sin autem, eodem anathematis vinculo sciat se a nobis proculdubio subigi.

16. q. 1. Agapetus. 13. q. 2. Vbicumque.

CAP. V. *Item ex Concilio Maguntensi, cap. primo.*

Si heredes iussa testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius omnes res, quae his relictæ sunt, canonicè interdicanur, cum fructibus & ceteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur.

DE PRÆE MINENTIA  
LONDONIENSIS ET EBORACENSIS,  
& de priuilegiis generaliter vel specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.

PARS  
XLIV.

CAP. I.

*Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.*

CVM certum sit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni premia reseruari, nobis tamen necesse est eis honorum beneficia tribuere, vt in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insudare. Et quia noua Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & eo laborante, perducta est, vsum tibi pallii ad sola Missarum solennia peragenda concedimus: ita vt per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tuae subiaceant ditioni, quatenus Londoniensis ciuitatis episcopus semper in posterum a Synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & apostolica, cui auctore Deo deseruio, sede

Lib. 12.  
epist. 15.

SSS iij

percipiat. Ad Eboracam vero ciuitatem volumus mittere, quem ipse iudicaueris ordinandum, ita vt si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim episcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur: quia ei quoque si vita comes fuerit, pallium tribuere, Domino fauente, proponimus, quem tamen tuae fraternitatis dispositioni volumus subiacere. Post obitum vero tuum ita episcopis, quos ordinauerit, praesit, vt Londoniensis episcopi ditioni nullo modo subiaceat. Sit vero inter Londonia & Eboracae ciuitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur qui prior fuerit ordinatus. Communi autem consilio & concordia actione quaeque erunt pro Christi zelo agenda, disponant, vnanimiter recta sentiant, & ea quae senserint, non sibi met discrepando perficiant. Tua ergo fraternitas, non solum eos episcopos quos ordinauerit, neque eos tantummodo qui per Eboracensem episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniae sacerdotes habeat, Domino Deo nostro auctore, subiectos, quatenus ex vita & lingua tuae sanctitatis, & recte credendi, & bene viuendi formam percipiant, atque officium suum fide & moribus prosequentes, ad caelestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant.

## CAP. II.

*Item Alexander III. Eboracensi archiepiscopo.*

In hunc modum plures Romani pontifices a tempore beati Gregorii scripserunt. Nos antiquam Eboracensis ecclesiae integram dignitatem conseruari, auctore Domino, cupientes, & praedecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inhaerentes, auctoritate apostolica prohibemus, ne vltius aut Cantuariensis archiepiscopus ab Eboracensi professionem exigat, aut Eboracensis Cantuariensi exhibeat, neque, quod a beato Gregorio prohibitum est, vilo modo Cantuariensis Eboracensis iurisdictioni subiaceat: sed iuxta patris eiusdem constitutionem, ista honoris distinctio in perpetuum conseruetur, vt qui prior ordinatur, prior habeatur. Sed si Cantuariensis archiepiscopus, ab Eboracensi electo manus consecrationis subtraxerit, quod videlicet iuxta ecclesiarum suarum morem, ab Honorio sedis apostolicae pontifice sibi debetur,

ANNO  
CHRISTI  
1179.

liceat eidem Eboracensi secundum communem consuetudinem, & Honorii patris nostri sanctionem, vel domini nostri Paschalis mandatum a suffraganeis auctoritate Romani pontificis consecrari.

C A P. III.

*Idem vniuersis ecclesie Cantuariensis suffraganeis.*

Cum non ignoretis, venerabilem fratrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum vobis non solum metropolitico, sed etiam iure legationis præesse, mirabile satis est, quod quidam vestrum (sicut audiuius) asseuerare præsumpserunt, quod idem archiepiscopus nullam causam de episcopatibus vestris, siue legationis, siue metropoleos iure, audire debeat, nisi per appellationem ad ipsum deferatur. Sane licet metropolitico iure forte non debeat causam de vestris episcopatibus, nisi ad eum per appellationem deferatur, audire, legationis tamen obtentu vniuersas causas, quæ de ipsis episcopatibus per appellationem vel per aliquam querimoniam perueniunt ad audientiam suam, audire potest & debet, sicut qui in prouincia tua vices nostras gerere probatur. Mandamus itaque venerabilitati vestræ atque præcipimus, quatenus causas quæ de episcopatibus vestris ad eundem archiepiscopum referuntur, eius iudicio relinquatis: nec quemlibet clericum vel laicum vestræ iurisdictionis deterrere vel impedire tentetis, quo minus causas suas ad præfatum archiepiscopum, si voluerit, transferre possit.

9. q. 3. Con-  
quellus.  
Dist. 65.  
Quoniam  
nos. 25. q. 1.  
Seruatis. 11.  
q. 1. Perue-  
nit.

\* vestra

C A P. IV. *Idem nobilissimo duci Venetiæ.*

Cum essemus Venetiæ, & ibi diutinam moram fecissemus, proposuisti nobis constanter atque solícite, sæpe contingere, quod cum inter clericum & laicum tuæ iurisdictionis de pecuniaria causa controuersia vertitur, clericus ad nostram appellat audientiam: & personis extra terram tuam existentibus, iurisdictionis causam impetrant quandoque committi, qui super huiusmodi causis iudicare nolunt, aut nesciunt legem aut consuetudinem Veneticorum. Vnde quia occasione ista tam frequenter a laicis clerici indebite fatigantur, & damna grauiâ sibi prouenire proclamant; nos fauore tuæ deuotionis inducti, & tuis

precibus inclinati, auctoritate apostolica tibi duximus indulgendum, vt si aliquando clericus de terra tuæ iurisdictionis super pecuniaria causa contra laicum ad nostram audientiam appellauerit, non nisi personis quæ de terra tuæ iurisdictionis sunt, & secundum legem & consuetudinem Veneticorum iudicare debeant, committamus: ita quod indulgentia nostra non debeat nisi nostro tempore durare.

## C A P. V.

Milites templi Hierusalem, \* sub tempore gratiæ noui <sup>adde qui</sup> Machabæi, abnegantes sæcularia desideria & propria relinquentes, tollentes crucem suam, & secuti sunt Christum, ipsi sunt per quos Deus orientalem ecclesiam a Paganorum spurcicia liberat, & Christiani nominis inimicos expugnat. Ipsi pro fratribus animas ponere non formidant: & peregrinos ad sancta loca proficiscentes, tam in eundo quam in redeundo a Paganorum incurfibus defendunt. Et quoniam ad tam sanctum & pium opus explendum eis facultates propriæ non suppetunt, præsentibus literis exoro, quatenus inde subleuetur eorum inopia, populum a Deo vobis commissum, collectas facere moneatis. Quicumque \* de facultatibus a Deo sibi collatis, in ista <sup>de</sup> secunda collecta se constituerint, eisque beneficium persoluerint per annum, septimam partem pœnitentiæ iniunctæ, confisi de beatorum apostolorum Petri & Pauli meritis, indulgemus. Si vero excommunicatus non fuerit, & eum mori contigerit, ei cum aliis Christianis sepultura ecclesiastica non negetur. Cum autem fratres ipsius templi, qui ad collectam destinati sunt suscipiendam, in ciuitatem, castellum, villam, aut vicum aduenerint, si forte locus interdictus sit, in iucundo eorum aduentu pro templi honore, & eorum S. militum reuerentia, semel in anno aperiantur ecclesiæ: & exclusis excommunicatis, diuina mysteria celebrentur. Quæ vero de non excommunicatis militum eorum fratribus sepulturæ tradendis, & excommunicatis in eorum aduentu exclusis semel in anno, a nobis statuta sunt, vobis mandantes præcipimus, vt per omnes parochias faciatis irrefragabiliter per omnia obseruari.

Idem



ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. VI.

*Idem venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, & ceteris ad quos literæ istæ peruenerint.*

Dilecti filii nostri fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis conuestione monstrarunt, quod vos eis de malefactoribus suis iustitiam exhibere non vultis: priuilegia eorum inspicere contemnentis, nec ipsos elemosynas quærere in vestris parochiis, aut confratres ipsorum sepelire, aliquatenus permittatis. Quoniam igitur iidem fratres multis sunt libertatibus & priuilegiis a Romanis pontificibus præmuniti, quæ vt nostris temporibus infringantur, nolumus sustinere: fraternitati vestra, &c. quatenus iam dictis fratribus in his quæ a Romana ecclesia noscuntur indulta fuisse, nullam prorsus molestiam faciatis, nec ea sibi contradicere vel negare aliquatenus attentetis. Si de vobis in veritate talia de cetero poterimus comperire, pro certo sciatis, quod nos concessa vobis priuilegia decidemus, cum nostris & ecclesiæ Romanæ scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

CAP. VII.

*Idem episcopis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum prælati per Galliam constituti.*

Sane quoniam a prædecessoribus nostris & a nobis est statutum, vt scilicet Hospitalarios ipsos excommunicare, vel oratoria sua interdiceri nemini liceat, vobis auctoritate præsentium iniungimus atque præcipimus, vt prædictos fratres Hospitalis Hierosolymitani, aut ecclesias suas interdiceri vel excommunicare nullatenus præsumatis.

CAP. VIII. *Idem.*

Simili modo sancimus, vt quicumque in eorum fraternitate fuerit receptus, si forte ecclesia, ad quam pertinet, a diuinis officiis fuerit prohibita, eumque mori contigerit, eidem ecclesiastica sepultura non denegetur, nisi nominatim interdictus, aut anathematis vinculo fuerit in-

Pars cap. In  
literis quas  
a nobis, sup.  
de potesta-  
te iudicium.

CAP. IX. *Idem fratribus Hospitalis Hierosolymitani.*

Peruenit ad nos transmissa insinuatione venerabilis fratris nostri \* Herefordensis episcopi, quod vos occasione priuilegii ab apostolica sede vobis indulti, non semel tantum in anno, sed frequenter episcopatum eius visitatis, & interdictas ecclesias aperitis, vt diuina officia celebretis. Addit ad hæc, quod vos corpora defunctorum, si qua inhumata iacuerint, dummodo excommunicati non decesserint, ecclesiastici cœmeterii traditis sepulturæ. Quoniam igitur non decet vos aliquatenus vsurpare quod vobis non est indultum, cum priuilegium mereatur amittere, qui permessa sibi abutitur potestate: discretioni vestræ, &c. quatenus sic tenorem priuilegii conferuetis, quod eius metas vel in his, vel in aliis transgredi minime videamini, nec nisi semel in anno in ecclesiis interdictis diuina præsumatis officia celebrare: scituri pro certo, quod si secus, quod non arbitramur, feceritis, vos a præsumptione vestra, Domino auctore, arctius compescemus.

CAP. X. *Idem Lexoniensi episcopo.*

Si quis rei litigiosæ confirmationem a sede apostolica impetrauerit, non minus iudex de causa potest cognoscere, & eam sine debito terminare. Sed si rem tunc pacifice possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est tutum, aut licitum iudici de quæstione suborta postea sine mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire.

PARS XLV.

## DE SPONSALIBVS SECVNDO.

CAP. I. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

VENIENS ad nos V. lator præsentium, simplici nobis assertionem monstrauit, quod in domo sua mulierem acceperit, de qua filium & filiam habuit, & fidem coram pluribus præstitit, quod eam duceret in vxorem. Interim vero cum in ciuitate quadam apud domum vicini pernoctaret, eius filia secum concubuit, & cum pater eos in simul in lecto inuenisset, summo mane ipsum eam inuitum desponsare coegit. Qui nuper in præsentia nostra con-

ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

stitutus, nos consuluit, cui potius adhærere deberet. Quia vero nequaquam nobis innotuit, vtrum post fidem præstitam primam cognouerit: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritatem diligenter inquiras, & si cognoueris quod primam post fidem datam cognouerit, ipsū cum ea facias remanere. Quod si post fidem datam eam non cognouerit, secundæ, nisi metu coactus, qui posset in quemlibet virum constantem cadere, eam desponsauerit, tamquam vxori facias adhærere.

22. q. 4. Inter cetera. Sed ibi iurauit, hic non.

CAP. II. *Idem eidem.*

Ex præsentium latoris confessione percepimus, quod cum ipse quamdam alterius vxorem in adulterio polluisset, pœnitentiam inde suscepit. Sed postea in eundem incidit, diabolo instigante, reatum, ac eandem mulierem, viro defuncto, sibi in matrimonium copulauit, eamque asserit in præsentem pro coniuge \* retinere: Verum quoniam nos de salute animarum ipsorum solícite compellimur in Domino cogitare: fraternitati tuæ, &c. quatenus rem ipsam diligenter inquiras: & si tibi constiterit, quod ille vel illa in mortem prioris viri fuerit machinatus, vel si eo viuente fidem ipsi mulieri dederit, se eam in coniugem recepturum, eos non differas penitus separare. Quod si neutrum istorum constiterit, in causa ipsa iuxta ecclesiasticam consuetudinem & canonica statuta procedas.

\* remanere:

CAP. III. *Idem eidem.*

Peruenit ad nos, quod quidam miles R. nomine, fide interposita, in multorum præsentia promisit se contracturum matrimonium cum quadam puella filia Eduuini de Baseleher: sed postmodum, licet ex ea prolem suscepit sicut ipse nobis asserit, fidem inde violare non timens, alteri adhæsit, & prædictam puellam quam dicitur deflorasse, in vxorem ducere contradicit. Quoniam igitur non modicum delinquit, qui fidem violare præsumit: discretionem vestræ, &c. quatenus rei veritatem diligenter inquiratis: & si vobis pro certo constiterit, præfatum militem prænominatam puellam in vxorem ducturum fide interposita promississe, & postmodum eam cognouisse, eundem militem monere studeatis, & diligenter inducere, vt

Concil. Tom. 27.

Tttt ij

memoratum puellam, omni appellatione & contradictione cessante, in uxorem ducat: vel si commonitionem vestram contempserit, & eam in uxorem ducere noluerit, vel alter vestrum, si vterque interesse non potest, illum sub districtione anathematis mandatum nostrum adimplere compellat.

CAP. IV. *Idem Lucensi episcopo.*

Sane consuluit nos tua discretio, quid faciendum sit de muliere, quæ post mortem viri sui, vestibus preciosis abiectis, mutavit habitum, & de manu \* presbyteri velamen assumpsit, sed non renuntiavit propriis, nec intrauit claustrum, nec in manu episcopi, aut abbatis, aut abbatissæ, vel super altare est professæ, vel obedientiam promissit: postmodum vero anno elapso, cum multorum inquietudines ferre non posset, & lapsum incontinentiæ formidaret, abiecto religionis habitu, cuidam nobili sollemniter in facie ecclesiæ nupsit. Super hoc itaque consultationi tuæ taliter respondemus, quod sicut simplex votum matrimonium impedit contrahendum, sed non dirimit contractum: ita sine professione & priorum renuntiatione, habitus susceptio, ne contrahatur, impedit; sed consummatum nequaquam dissolvit.

CAP. V. *Idem Vintoniensi episcopo.*

Non sunt vna caro vir & mulier, nisi carnali copula cohererint: idcirco sponsa defuncta intacta, eius soror sponso hoc non impediente, libere ducitur in uxorem.

CAP. VI. *Lucius tertius \* Capriano episcopo.*

Requisiuit a nobis fraternitas tua, qua censura mulier compelli debeat, quæ iurifurandi religione neglecta, nubere renuit cui se nupturam interposito iuramento firmavit. Quæsiuisti etiam, si cuius vir matris torum polluit, ad alia vota, cum filios desideret, viro possit viuente transire. Ad quod breuiter respondemus, quod mulier quæ se nupturam iuravit, cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, maxime cum coactiones huiusmodi difficiles exitus soleant frequenter habere. Illa sane, cuius vir cum matre adulterium & in-

Mulierem  
quæ se nu-  
pturam iu-  
rauit, nube-  
re non co-  
gendam.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

\* prioria

\* Repet  
lenf

ANNO  
CHRISTI  
1179.

cestum commisit, nec viro suo coniungi carnaliter, nec eo  
viuente, cum alio matrimonium inire valebit.

CAP. VII.

*Item Hadrianus papa Eberardo Magdeburgenfi archiepiscopo.*

Dignum est & a ratione non discordat, quod ea quæ inter se dubietatis scrupulum videntur continere, ad apostolicæ sedis iudicium referantur, vt inde Christi fideles in dubiis certitudinem se gaudeant inuenire, vnde noscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua nos fraternitas de seruatorum coniugiis, quæ inuitis & contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat, ab apostolatu nostro, si bene meminimus, requisit; super quo vtique diximus respondendum. Sane iuxta verbum Apostoli, prout tua discretio cognoscit, in Christo Iesu nec liber nec seruus est, qui a sacramentis ecclesiasticis sit amouendus, ita quod inter seruos matrimonia nullatenus debeant prohiberi: & si dominis inuitis & contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc sunt ecclesiastico iure dissoluenda: debita tamen & consueta seruitia non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda.

*Galat. 3.  
Coloss. 3.*

CAP. VIII. *Idem ex Concilio Triburiensi.*

De Francia quidam nobilis homo mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in vxorem, tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit: verum quia non eisdem vtuntur legibus Saxones & Franci, causatus est, quod eam non sua, id est, Francorum lege desponsauerit, vel acceperit, vel dotauerit: dimissaque illa, duxit alteram. Diffiniuit super hoc sancta Synodus, vt ille transgressor euangelicæ legis subiiciatur pœnitentiæ: a secunda coniuge separetur, & ad priorem redire cogatur.

*Cap. 39.  
Conciliū  
Tribur.*

DE POTESTATE IVDICVM.

PARS  
XLVI.

CAP. I. *Idem episcopo Lucensi.*

CVM te consulentem postulas edoceri, vtum ad te pertineat, sententiam quam in causis iudices a nobis in tua prouincia delegati protulerint, confirmare, licet de ipsis causis nihil in præsentia tractatum sit, respondemus,

Tttt iij

quod sententiam ipsam non teneris, si nolueris, confirmare. Sed id tibi ex officio tuo noueris imminere, vt si ad eorum mandatum iudicium non possit executioni mandari, eis præbeas auxilium & fauorem: & ipsam, si noueris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare.

CAP. II. *Idem.*

Si super causa quæ tibi ex nostra delegatione committitur a personis ecclesiasticis vna vel pluribus, quibus, vt parcas laboribus partium & expensis, cognitionem ipsius causæ & testium examinationes, tibi sententia reseruata, committas, appellatio fuerit interposita, appellationis intuitu causam indefinitam relinquere non teneris.

CAP. III. *Idem \* Exoniensi episcopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod clericus A. nomine, in sacerdotio genitus fuerit ex incestu, & pro persona personatum ecclesiæ de \* Bradenar, in qua pater eius ministravit, quod sibi non licuit, matrimonium contrahere de quadam temeritate præsumpsit. Ceterum quia causam super crimine non consueuimus alicui committere, nisi primo comparerent in nostra præsentia, qui personam illam super eodem crimine vellent impetere, causam ipsam tibi iudiciario ordine non \* commisimus terminandam: discretioni tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit, publicum & notorium esse, quod est de iam dicto clerico nobis propositum, maxime de matrimonio contracto, (quod si verum est, te latere non poterit) eum a præscripta ecclesia, auctoritate nostra, appellatione remota, non differas perpetuo amouere.

Intra parte  
ultima c. 38.  
diffinitur  
quid sit no-  
torium.

## CAP. IV.

*Idem abbati & conuentui maioris ecclesiæ Monasterii  
& H. eorum clerico.*

Locus men-  
dofus.

Iam pridem, sicut bene meminimus, recepta querela vestra a Cestriæ capellam de Herdelei, quam ad ecclesiam vestram de Estun asseuerastis iure parochiali spectare, contra iustitiam detinebant. Causam ipsam abbatibus Leicestriæ & Lilleshullæ commisimus terminandam: ita

ANNO  
CHRISTI  
1179.

quidem, quod si vterque interesse non posset, alter nihilo minus, adscitis sibi discretis & honestis hominibus, in negotii executione procederet. Accidit autem inopinato rerum euentu, sicut ex literis tuis & fratrum vestrorum, fili abbas, intelleximus, quod antequam partes in iudicio apparuissent, abbas vnius loci, \* Lileshull scilicet, de presentia vita migravit, cui vir alter in breui prudens & religiosus succcessit. Deinde abbas Leicestræ, qui prius mandato nostro partibus diem adagendum præfixit: habitoque consilio virorum prudentium & iurisperitorum, abbatem \* Lileshull de nouo substitutum, porrecto illi mandato nostro, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum, commissio literarum a nobis emanauit, sibi socium adduxit: & sicut ex literis eorumdem accepimus, cum vtraque pars legitime citata sæpius in eorum presentia consisteret, auditis rationibus & allegationibus hinc inde, productis & testibus idoneis, & eisdem de non tacenda veritate iuratis, eaque diligenter inquisita, & cognita, cum de iure matricis ecclesiæ de Estun eis plenarie constaret, accepto multorum virorum legitimorum & approbatorum, tam laicorum quam clericorum testimonio, prædictam capellam de Herdeleia, ecclesiæ de Estun prudentium virorum consilio adiudicauerunt. Venerabilis etiam frater noster VVigorniensis episcopus, qui tunc presentis aderat, eorum sententiam executioni mandauit, & monachos tuos, fili abbas, qui ibi aderant, & te quoque, fili H. procuratorum negotii in præscripta ecclesia, quæ in eiusdem episcopi diocesi consistit, in corporalem per officiales suos possessionem introduxit. Quia igitur lites siue controuersia, quæ concordia vel iudicio finiuntur, in recidiua contentionis scrupulum non debent iterum aliquatenus redigi, presentis scripti patrocinio eam vobis confirmamus, &c.

C A P. VI. *Jdem Senonensi archiepiscopo.*

Ex transmissa nobis insinuatione G. & B. V. & vni. militum, intelleximus, quod cum R. de Canuill. eos super quadam possessione ante venerabilem fratrem nostrum \* Veren. episcopum traxisset in causam, nobilis comes C. de Capra, eorum dominus, a quo possessiones tenebant, sub debito

\* Trecent.

\* Meten.

fidelitatis inhiuit, ne in iudicio ecclesiastico de sæculari feudo responderent. Itaque præfatus episcopus in eos velut contumaces, executionis sententiam promulgauit, &c. *Et infra:* Mandamus quatenus præfatos milites ab excommunicatione, contradictione & appellatione cessante, absoluas, &c. *Et infra:* Deinde causam per dominum fundi iubeas terminari: & si ipse malitiose quid distulerit, tu ei, sublato appellationis diffugio, debitum finem imponas.

ANNO  
CHRISTE  
1175PARS  
XLVII.

## DE IVRE PATRONATVS.

## CAP. I.

*Idem Cantuariensi episcopo.*

**D**E iure patronatus capellæ de Stretton, hoc tuæ discretioni mandamus, vt si \* R. Brito ipsum comparauit, cum inconueniens sit & inhonestum vendi ius patronatus, contractum illum, sublato appellationis remedio, irritum denunties & inanem, ipsumque, fretus auctoritate apostolica, non differas reuocare.

CAP. II. *Idem Bathoniensi episcopo.*

Dilectus filius noster nobilis vir comes S. transmissano bis insinuatione monstrauit, quod dum illustris rex Scotiae patrimonium suum detinisset occupatum, quibus voluit, & prout voluit, ecclesias, quarum gerebat patronatum, eo inconsulto concessit. Quoniam igitur ex iniuncti nobis officii debito tenemur vnicuique iura sua integra seruare, nolentes etiam quod præfatus comes occasione tali ius patronatus amittat: fraternitati tuæ, &c. quatenus rei veritate diligenter inquisita, si ita esse tibi constiterit, intrusos amoueas: & si idoneæ personæ ab eo qui ius patronatus & præsentandi personas habet, ad præscriptas ecclesias fuerint præsentatæ, & personas ipsas de consensu & consilio prælatorum, quorum interest, de præscriptis ecclesiis, contradictione & appellatione cessante, inuestiges, nec ipsas contra formam iuris exinde a quoquam grauari permittas.

*Idem*



ANNO  
CHRISTI  
1179.CAP. III. *Idem Cenomanensi episcopo.*

Super eo quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri, inter aliquos quæstione suborta causam contigerit alicui delegari sub hac forma, vt si constiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partium pertinere, ad præsentationem eiusdem de persona idonea ordinet ecclesiam appellatione remota, an liceat delegato iudici, in scio diocæsano episcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamante, præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere, præsertim si ignotus fuerit præsentatus, aut minus idoneus, aut si archipresbyter, aut archidiaconus, aut episcopus ad quem institutio pertinet, appellauerit, vtrum eorum appellationibus sit deferendum: hoc tuam volumus discretionem tenere, quod licet quæstionem quæ de præsentatione vertitur, appellatione remota, committamus alicui terminandam, non tamen intentionis nostræ est, diocæsano episcopo, vel archidiacono, vel archipresbytero præiudicium generare. Ideoque præsentandus est illi, qui instituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, si videntes iuri suo detrahi, duxerint appellandum: quia non illis, sed partibus inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.

Pars capit.  
Tua nos  
duxit. supra  
de ordina-  
tis.CAP. IV. *Idem illustri regi Anglorum.*

Quanto te diuina gratia summaque prouidentia maioris gratiæ priuilegio decorauit, tanto viros religiosos maiori debes caritate diligere, & iniustitiis suis manutene propensius & fouere. Causæ patronatus ecclesiarum ita iunctæ sunt & connexæ ecclesiasticis causis, quod non nisi ecclesiastico iudicio valent diffiniri, & apud iudicem ecclesiasticum solummodo terminari.

Non sine  
ecclesiastico  
iudicio cau-  
sam patro-  
natus diffi-  
niri.CAP. V. *Idem Norwicensi episcopo.*

Continebatur in literis a te nobis transmissis, quod cum super decima de Querche, inter magistrum Hubertum, & magistrum N. de mandato nostro coram te verteretur, constiterit tibi quod M. abbatissa sanctæ Mariæ de VVint, pro communi voto, & vnanimi consensu assensum præstante, decimam ipsam prædicto H. concessit,

Concil. Tom. 27.

Vuuu

Rad. Vinton. archidiaconus per clauem & librum sibi exinde inuestituram fecit, magister vero N. probauit coram idoneis testibus, quod præfata abbatissa præscriptam decimam sibi prius dederat, conuentu non contradicente, quam ea præfato Huberto dedisset, & quoda diocesano episcopo eius fuerit concessio confirmata. Vnde quia nos consulere voluisti, cui concessioni innitendum sit, consultationi tuæ taliter respondemus, quod concessio prius facta, si conuentu sciente & non contradicente facta est, robur firmum debet habere. Verum si præfata abbatissa, ignorante conuentu aut contradicente prius prædicto N. decimam suam concessit, & non post multum tempus de assensu conuentus, eandem decimam memorato Huberto dedit, sic vt tibi eam datam fuisse constet, secunda concessio debet præiudicare priori.

## CAP. VI.

*Idem canonicis fratribus & monachis in episcopatu Saren. ecclesias habentibus.*

Ex transmissa nobis insinuatione venerabilis fratris nostri Iocel. \* Saren. episcopi accepimus, quod cum in episcopatu de \* Saren. habeatis ecclesias, de quibus censum annuatim percipitis, earum rectoribus decedentibus, auctoritate propria easdem ecclesias occupatis, aut etiam clericos in eis ponitis. *Et infra:* Infra duos menses postquam ecclesia prædicta vacauerint, ad eas memorato episcopo, omni occasione & appellatione remota, idoneas personas præsentetis, vt per ipsum curam animarum recipiant. *Et infra:* Illud quoque nihilo minus prohibemus, ne censum vestrum in prædictis ecclesiis sine prædicti episcopi assensu augeatis, sed in eis constituto antiquo censu sitis contenti.

CAP. VII. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

Relatum est auribus nostris, quod quidam clerici in beneficiis ecclesiasticis centum vel ducentarum marcarum redditus possidentes, & proponentes primas vacantes ecclesias a monachis vel canonicis aut aliis ius patronatus habentibus sibi fuisse promissas, ne in illis cum vacant, instituantur alii, appellationem emittunt, vt interim

ANNO  
CHRISTI  
1179.

arte aliqua suum valeant adimplere propositum. Quia igitur consulis, an dioecetano episcopo huiusmodi appellationi sit deferendum, presentibus tibi literis respondemus, quod cum in Lateranensi Concilio promissiones factae de ecclesiis non vacantibus sint cassatae, praetextu appellationis eorum, qui iam praedictis promissionibus innituntur, omitti non debet, quin ecclesiae, cum vacauerint, de personis idoneis ordinentur.

## CAP. VIII.

*Idem abbati Remestrensi & archidiacono \* Exoniensi.*

Veniens ad apostolicae sedis clementiam in multo discrimine sui corporis & laboris V. lator presentium, simplici nobis relatione proposuit, quod tempore hostilitatis & guerra, miles quidam R. nomine, fundum R. militis occupavit; quem diu illicite detinens, magistro & fratribus Hospitalis clericorum ecclesiam in eo sitam concessit. Magister vero & fratres Hospitalis praedicti, clericum quemdam nomine R. ibidem instituerunt, qui inde annis singulis soluebat pensionem. Longo vero tempore post praedictus R. fundum suum recuperans per iustitiam, omnia quae alienauerat possessor violentus ad ius pristinum reuocauit, & cum in ecclesia ibidem fundata sciret se ius tantum datoris habere, concessioni, quae memorato R. de praescripta ecclesia facta fuerat, consentire nullatenus voluit. Sed \* V. venerabili fratri nostro Eboracensi archiepiscopo apostolicae sedis legato, in \* e. ad ecclesiam \* tandem presentauit, qui praesente magistro Hospitalis, cui prius fuerat concessa, & non reclamante, eundem V. suscepit, & in praelibata ecclesia ordinauit. Interim autem clericus R. qui eam alieno nomine possidebat, furto irretitus, & exinde, quia crimen eius notorium fuit, rebus furatis in arca sua repertis, grauius puniri metuens, eo quod ad aures regias scelus eius peruenerat, habitum religionis assumpsit: qui infra annum apostolicum adiit, & scriptum apostolici culminis, in quo continebatur, ut si monstrare posset, quod timore mortis claustrum intrasset, de religionis voto absolueretur; a nobis obtinuit, cognito quod timor ille ex praua conscientia perpetrati sceleris prou-

*Concil. Tom. 27.*

Vuuu ij

niebat. Alias autem literas & ad abbatem de Fontibus, & priorem de Gisseburne reportauit, in quibus continebatur, prædictum Vu. post appellationem ad nos factam intrasse, & ipsum prius fuisse violenter eiectum; illi, amoto alio, ecclesia redderetur. Cumque idem V. a iudicibus delegatis citatus, sibi dari canonicas inducias postulauerit, & ipsi dilationem ei dare penitus renuerint, existimantes quod literæ istæ per falsam suggestionem essent impetratæ, & quod nos de facto non fuisset plenius instructi, a falsa suggestionem ad nos appellauit, & a præsentia iudicum recessit. Iudices vero, quoniam in causa principali sublatum fuerat appellationis remedium, audito testimonio quorundam, qui eundem R. in possessione ecclesiæ illius esse viderunt, & interdum synodalia soluere, eidem possessionem eiusdem ecclesiæ adiudicauerunt, & ipsum per nuntios de eadem ecclesia inuestiri fecerunt. Verum quoniam dubium nobis & incertum existit, an prædictus R. ita nos falsis suggestionibus circumuenire præsumpsit, & nemini fraus propria vel dolus debet prodesse: discretionem vestram, &c. quatenus cum exinde fueritis requisiti, in vnum pariter conuenientes, vtramque partem ante præsentiam vestram conuocetis: & eorum inquisita veritate, quæ hincinde fuerint dicta, & plenius cognita, causam ipsam, appellatione remota, sine canonico terminetis: scilicet, vt si vobis constiterit, quod crimen illud notorium fuerit, quod timore illorum dictus R. religionis assumpserit habitum, & idem V. per archiepiscopum fuerit canonice institutus, ei ecclesiam ipsam, occasione & appellatione remota, restitui faciatis, & libere pacificeque <sup>\* cōmuni</sup> dimitti, non obstantibus literis nostris, si taliter fuerint, vt diximus, impetratæ.

Nemini  
suum do-  
lum prodes-  
se debere.

## CAP. IX.

*Idem\* Exoniensi & V Vigorniensis episcopis.*

Si vobis constiterit, clericum de dono militis ecclesiam vendicare, super ecclesia illi, nostra freti auctoritate, appellatione cessante, perpetuum silentium imponatis. Si vero ius patronatus ex dono eiusdem militis in ecclesia illa requiritur, vos causam audiat, & concordia vel iudicio terminetis.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. X.

*Idem episcopo Herefordensi & abbati de Euesham.*

Ad aures nostras, G. clerico insinuante, peruenit, quod cum presbyter qui in ecclesia beatae Mariae ante portas Gloucestri, monachorum perpetuam vicariam obtinuerat, in fata concessisset, abbas & monachi ipsius loci diuino intuitu praescriptam vicariam ei concesserunt. Cum autem per praefatum abbatem & capitulum ad eandem vicariam G. dioecetano fuisset episcopo praesentatus, quidam I. de Constantiis nomine, institutionem eius quarundam literarum intuitu, continentium quod idem abbas ei ecclesiam quae primo vacaret, concesserat, impediuit: hinc est quod discretioni vestrae, &c. quatenus si praefatus L. a vobis super hoc requisitus, aliam causam rationabilem non praetenderit, nisi concessionem ecclesiae quae primo vacaret, pro eiusdem contradictione vel appellatione nullatenus dimittatis, quin auctoritate nostra dioecetano episcopo mandetis, vt ad praesentationem praedicti abbatis & monachorum, supradictum G. ad vicariam praescriptam recipiat, & ei curam animarum committat, sicut moris & iuris est, si aliud non est quod eius institutionem debeat impedire.

DE PACTIONIBVS SECVNDO. PARS XLVIII.

## CAP. I.

*Alexander tertius VVigorniensis episcopo.*

VENIENS ad apostolicae sedis clementiam dilectus frater noster magister V. de Flameuill, sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum monachi maioris monasterii terras in parochia beatae Mariae de Mertun excolant, ab eadem ecclesia coloni eorum omnia ecclesiastica tam necessaria quam voluntaria susceperint sacramenta: & tamen eidem ecclesiae suas & Canonibus sacris institutas decimas soluere contradicunt, sed de frugibus ei tertiam partem soluerunt, & duas sibi retinere praesumunt. De reliquis autem minutis decimis, vtpote nutrimentis animalium & fructibus hortorum, nil penitus praestare non eru-

Vuuu ij

bescunt : arbitrantur autem ad hoc sese tueri cuiusdam transactionis pactione inter præfatos monachos & quemdam sacerdotem memorati V. prædecessorem ita factam, videlicet vt de duabus carrucatis terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam dumtaxat decimarum partem frugum exoluere debeant, reliquas sibi retinendo. Quo fit, vt exinde occasionem sibi sumentes malignandi, prædia ex agricolarum defectu ad eos deuoluta, monachi in suum magis astute, quam prouide dominium conuertant : & quatuor vel forte plures carrucatas duabus aggregent, non aliter de illis decimis præstantes, quam de duabus præstitissent, cum secundum tenoris compositionem integras de illis decimationes soluere tenerentur. Quapropter discretioni tuæ, &c. quatenus cum exinde fueris requisitus, vtraque parte ante tuam præsentiam conuocata, rei veritatem diligenter inquiras, & nisi priuilegium clementia sedis apostolicæ sibi super hoc indultum coram te præfati palam produxerint, vel nisi transactionem sibi scriptam, auctoritate apostolica confirmatam esse docuerint, cum alioqui inter personas potius quam inter ecclesias ita facta videatur, ne pacta inter alios facta, aliis obesse patiamur, omni dilatione & appellatione remota, præfatos monachos & eorum agricolas decimationes vniuersas, ex quibuslibet rebus prouenientes, ex integro absque omni diminutione supradictæ ecclesiæ beatæ Mariæ de Mertun, iugi præstatione singulis annis præstare, & etiam illorum quæ illicite detinuerunt, certam æstimationem restituere, cum omni districtione compellas. Quod si discretioni tuæ secundum ea quæ proponuntur tibi in iudicio, visum fuerit, præfatos monachos non nisi ad tertiæ partis decimationum præstationem secundum iustitiam vrgere posse, tunc omnium eorum quæ Canones decimanda decreuerunt, appellatione remota, supradictos monachos tertiam partem ecclesiæ iam dictæ, apostolica auctoritate præstare decimas cogas.

Pacta inter  
alios facta,  
aliis non  
obesse.

CAP. II. *Item Gregorius vniuersis episcopis.*

Scripta fraternitatis vestræ relegentes, agnouimus quod hi qui contra Hadrianum fratrem & coepiscopum N. aliqua dixerant, modo cum eodem episcopo in amicitiam

ANNO  
CHRISTI  
1179.

conuenissent, & magna nobis ad præsens facta est de eorum vnitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa permanere non patimur, sedis nostræ diaconem ad ea inuestiganda dirigimus: quia nos facinora ea quæ audiui-  
mus, dissimulare non debemus, præsertim cum accusatores & accusatum gratiam inter se iudicatis fecisse: hoc vobis necesse est subtiliter perscrutari, ne forte eorum comparata concordia, quod absit, non ex necessitate, sed præmio facta esse constiterit.

CAP. III.

*Vrbanius tertius abbatibus de VVillebec & de Suluestun.*

Gratum gerimus & acceptum, quod in negotiis commissis vestræ iurisdictioni, debitam curam impenditis, & in his quæ dubitationem faciunt, pro grauitate vestri officii censuram sedis apostolicæ postulatis. Sane consuluit nos vestra discretio, an ante obitum delegantis, proposito citationis edicto, lite vero post mortem delegantis contestata, delegatus iudex nihilo minus debeat in causa procedere: & vtrum is intelligatur appellationi renuntiasse, qui ea interposita ad producendos testes inducias postulauit, & deinde productioni & allegationi renuntians, attestationes petiit solenniter publicari, sicut hoc totum circa decessum bonæ memoriæ prædecessoris nostri Lucii, qui vos iudices delegauit, sub examine vestro asseritis contigisse. Nos autem inquisitioni vestræ taliter respondemus, quod cum in priore casu citatione facta quasi cœptum sit negotium, & maxime, si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi: tenebitque quod iustitia præuia fuerit iudiciali tramite diffinitum. In secundo casu videtur ab appellatione recessum, si secundum ea quæ præmissa sunt, eum qui appellauerat, constiterit processisse.

7. q. 1. Si quis prebyter.

11. q. 3. Si quis episcopus. 16. q. 3. Per singulas.

Huius par-  
tis titulus  
in archety-  
po erasus  
fuit, ideo-  
que hic nõ-  
nihil vacui  
est relictũ.

## CAP. I.

*Gregorius octauus vniuersis fratribus episcopis, & archidiaconis  
ad quos literæ istæ peruenerint.*

PARS  
XLIX.

**V**EL ex dolo, vel ex malitia litigantium, vel ex defe-  
ctu nostro credimus prouenire, quod tanta nego-  
tiorum frequentia diebus singulis perurgemur, vt imbe-  
cillitate proprii corporis laborantes, minori etiam dili-  
gentia impediti, omnibus non possimus commode super-  
esse, aut vndique contradicentium clamores aut murmu-  
ra sustinere. Hinc etiam euenit, quod negotiis minoribus  
occupati, maioribus intendere non valemus, prout ne-  
cessitas ecclesiastica postulare. Et quæ diffiniri vel dispo-  
ni per nos breui tempore potuissent, expectatione diuti-  
na plusquam oportet, multis pariter irruentibus produ-  
cuntur. Quocirca per generalem epistolam remedium  
huic rei duximus prouidendum, ne multimodo impedia-  
mur incurfu, vel sua iniuriam patientibus possit iustitia de-  
perire. Eapropter vniuersitati vestra per A. S. præsentibus  
mandamus, quatenus si forte de modicis rebus, quæ infra  
summam viginti marcarum subsistunt, in auditoriis vestris  
causa ventiletur, & alteruter litigantium delusorie puta-  
uerit appellandum: eius appellatione contempta, infra  
fines vestrorum episcopatum eos eligere iudices, qui sus-  
pensione careant, compellatis: si tamen idonei ibi fuerint  
inuenti, in quorum præsentia iurgium sopiatur: a quibus  
si qua partium crediderit appellandum, ad archiepisco-  
pum siue primatem vocem appellationis emittat. Si vero  
tale negotium sit, quod summam contineat aliquatenus  
ampliolem, infra fines vestrarum dioceseon, si sponte no-  
luerint, inuiti non cogantur. Cognitores tamen de vici-  
nis episcopatibus aliquos eligere compellantur, iuxta for-  
mam quam præmisimus, negotium tractaturos, in maio-  
ribus causis & obscurioribus articulis appellandi ad sedem  
apostolicam copia seruata. Non enim videtur malitiæ sus-  
pensione carere, quod plerique suos aduersarios ad præ-  
sentiam nostram laborare compellunt. Ceterum si qui li-  
tigan-

Sup. de ap-  
pellationi-  
bus.



ANNO  
CHRISTI  
1179.

tigantium a proximo festo purificationis super causis, de quibus episcopus cuius iurisdictioni saltem is qui conuenitur, non subiacet, non fuerit requisitus, vel iudices, clerici supradicto modo non fuerint electi, & literas a nobis duxerint impetrandas, per quas examinatio iurgiorum vel diffinitio iudicibus non ordinariis committatur, careant impetratis, & ad suorum audientiam iudicum ordine debito negotia reuertantur. Sic enim subterfugiis occurrere discepcionum volumus, vt dum eorum calliditatibus obuiamus, eis alium ad iustitiam aditum referemus. Cum vero aliqui iustam causam habuerint nostram presentiam adeundi, literas eis dimissorias non negetis, feriem negotii continentes. Hoc autem de factis ad nos appellationibus disponentes, super illis quæ ad archiepiscopos vel primates fieri contigerit, antiquorum ordinem Canonum non mutamus.

CAP. II. *Idem eisdem.*

Quoniam ad episcoporum maxime spectat officium, afflictis & laborantibus subuenire, vnumque illorum (licet deficientibus meritis) Deus nos esse voluerit, prospicere tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis casibus per Romanæ visitationem ecclesiæ, laboris sui, quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustretur effectu. Inde siquidem fuit, quod nos multorum prospicere volentes expensis, & alleuiare labores, de consueta misericordia duximus statuendum, vt literæ prædecessoris nostri Urbani tertii a tribus mensibus ante ipsius obitum destinatæ pro facienda iustitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicuius præiudicium non continent aut calumniam æquiritatis, eundem habeant tempore administrationis nostræ effectum, quem habere, si adhuc ille viueret, debuissent. Cessante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandauit agendum, & nemo ad nos excusatione huiusmodi accepta de sua iustitia obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare.

## CAP. III.

Ex literis quas ad nos tua destinauit fraternitas, euidenter accepimus, quod cum causam quæ vertitur inter  
*Concil. Tom. 27.* XXXX

magistrum H. de Hillesdale, & R. de Alta ripa, super capella de Cabisein, de mandato nostro suscepisti terminandam, & literas nostras in communi audientia perlegi fecisses: prædictus R. sibi eas postulauit exhiberi. Qui literis diligenter inspectis, eas arguit falsitatis, hac de causa scilicet, quod in narratione facti sint abraſæ, vbi scriptum est, Iure parochiali: asseuerans se probaturum in præsentia nostra, quod tales literæ de cancellaria nostra non emanassent. Vos autem videntes formam literarum a rationis tramite minime deuiare, ab executione causæ subsistere noluitis, præfato R. iuramentum deferentes, quod nec subterfugii, nec dilationis causa hoc allegasset, sed quod ita esse credebatur. Iuramento autem ad diem præfixum non præstito, memoratum H. in possessionem causa rei seruandæ iudicatis induci, & quod quidam laicus seruiens eidem R. vestro iudicio restitit, excommunicatus est, & ex ecclesia sub interdicto conclusus: prædictus R. ad nos accedens, & tacens (prout dicitur) quod in commissione appellatio fuit inhibita, nec mentionem faciens \* arrogationis literarum, aut iuramenti eidem delati, & non præstiti, seu sententiæ missionis in possessionem causa rei seruandæ, literas ad Londoniensem & Norvvicensem episcopos impetrauit in hunc modum, vt si quid in præiudicium memorati R. occasione prioris commissionis factum fuisset, nostra auctoritate in irritum reuocetur. Cumque præfatus N. citatus a Norvvicensi episcopo, qui suas & Londoniensis episcopi vices gerebat, coram eo literas, tacita veritate, impetratas diceret, metuens executionem sententiæ fieri, Norvvicensem episcopum suspectum habens, cui præfatus R. multa familiaritate coniunctus, vt qui Londoniensis episcopi nepos erat, & eius panem quotidie comedere dicitur, ad nos appellauit. Vnde quoniam propria fraus nulli debet prodesse aut patrocinium ministrare, nos inspicientes literas nostras, & videntes quod per illam rasuram falsæ non possent iudicari, nec etiam suspectæ haberi, præsertim cum etiam priuilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione, si est in facto erratum, incunctanter possint abradi: nec literæ illæ in suspecto loco fuerint abraſæ: vestræ fraternitati mandamus, quatenus si quid factum fuerit in præiudicium

Dolum non  
patrocina-  
ri.

Rasura que  
non suspen-  
da.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

\* f. abra-  
sionis

ANNO  
CHRISTI  
1179.

memorati H. occasione literarum, quas sapedictus R. a nobis non facta mentione de appellatione inhibita aut de iuramento illi delato, & non præstito, appellatione remota, in irritum reuocetis, & sententiam vestram inuiolabiliter faciatis obseruari, & eundem R. in expensas portitoris literarum, pro eo quod a probatione sua destitit, condemnentis. Postea vtraque parte ad vos conuocata, causam audiatis, & secundum tenorem abasarum literarum, quas vobis sub sigillo nostro remittimus, sine canonico terminetis, nullis literis obstantibus. Si vero temeritatem & fraudem illius velimus attendere, & illum suis meritis iudicare, illi super eadem ecclesia faceremus silentium imponi.

## CAP. IV.

Ex tenore literarum tuarum nobis innotuit, quod cum P. parochianus tuus ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, tuo vellet iudicio separari: accusatores matrimonii testes producunt, firmiter asserentes, quod priusquam mulier cum prædicto viro matrimonium contraheret, consanguineum viri cum illa, solum videlicet cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem viderunt, ea (vt creditur) intentione, vt ei carnaliter adhæreret. Publica quoque fama consentit, quod postquam matrimonium cum ea contraxit, se ad inuicem miscuerunt: quod in præsentia tua publice, vt asseris, sunt confessi. Dicitur etiam de muliere, quod a marito se simulans concepisse, alienum partum iam baptizatum (vt fertur) se mentita est peperisse: & rebaptizari faciens, virum suum sic decepit. Præterea veneficum periculum, & alias vitæ insidias viro parasse perhibetur. Quia igitur nos consuluisti, si hæ probationes ad matrimonium soluendum sufficiant, sic respondemus, quod tum ex confessione, tum ex violenta & incerta suspitione fornicationis, præsertim scilicet, quod de partu & mortis machinatione dictum est, & ipse probare vellet, non immerito potest diuortii sententia promulgari: ita vt vir licentiam habeat, ea mortua, aliam ducendi in Domino, ipsa vero sine spe coniugii perpetuo perseueret.

## CAP. V.

*Alexander tertius archiepiscopo Rothomagensi  
& abbati\* Geomar.*

ANNO  
CHRISTI  
1179.

11. q. 3. Si  
episcopus.

Ex quorundam certa relatione audiuius, quod cum aliqui viri ecclesiastici, de prouincia vestra pro iustitia sua prosequenda literas commissorias a nobis impetrant, aduersarii eorum, vt mandatum nostrum eludant, antequam litera illa ad iudicem perueniant, vel literis nostris a iudicibus receptis, priusquam ab eis citentur, in vocem appellationis prorumpunt: aut conuentionem facientes, aliquos in possessionem eorum, de quibus controuersia vertuntur, malitiose inducunt. Quoniam igitur huiusmodi calliditates & versutias suis non debent in aliquo auctoritatibus suffragari, & nos contra praedictas calliditates & versutias, pastoralis volumus sollicitudine prouidere: discretioni vestrae, &c. quatenus si aduersarii, inter quos & ipsum super ecclesia controuersia diutius est agitata, pro euacuando mandato nostro supradicto modo appellauerint, aut de possessione qualibet \* conuentionem fecerint, vel malitiose se absentauerint, eos qui in possessione praedictae ecclesiae se ingesserint, appellatione cessante, cogatis sub examine vestro iuris aequitati parere.

\* conuentione

CAP. VI. *Lucius tertius.*

De his qui in sanitate vel infirmitate ad loca religiosa se transtulerint, nil tibi vel ecclesiis, a quibus receperunt pabulum salutis, relinquentes: hoc tuae prudentiae innotescat, quod si in aegritudine ipsa ad religionem transeunt, dummodo in aegritudine ipsa decedant, praedictis ecclesiis, a quibus assumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca in sanitate se transtulerint, cogi non possunt aliquid praescriptis ecclesiis imperitari: quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosi locis, sed etiam quibuscumque priuatis personis conferre.

CAP. VII. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. Super hoc quod quaesiuisti, vtrum super ecclesiastico beneficio in

ANNO  
CHRISTI  
1179.

litigium deducto, possit fieri transactio: tale damus, sicut iam pridem (si bene meminimus) alii non absimile querenti dedimus responsum: quoniam secundum formam transactionibus adscriptam, super re sacra litigiosa minime transigi potest. Etenim res sacra ut possideatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere non immerito credimus simoniae. Alias autem gratis & amicabiliter inter se litigantes componere, sacris Canonibus non dicimus obuiare.

29. Quest. 7.  
Decimas.  
1. q. 1. Nul-  
lus episco-  
pus 1. q. 3.  
Questum.

## CAP. VIII.

*Alexander III. Norwicensi episcopo.*

Quaeritum est a nobis ex parte tua, utrum iudex ordinarius vel alius cui delegatus mandauit ut citaret partes vel exqueretur sententiam, delegato teneatur obedire, cum non sua, sed delegantis vice fungatur; & cum iurisdictio delegatur, omnia quae ad iurisditionem faciunt, delegari videantur: merito potest delegatus tam ordinarium, quam alium cui mandauit, cogere ad id efficiendum quod mandauit: & ei qui obedire contempserit, poenam infligere competentem.

## CAP. IX.

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. *Et infra:* Super eo quod quaesisti, utrum ecclesiastica beneficia resposcentibus obiecta spontaneae abiurationis exceptio sine causa cognitione sit admittenda, & an actoris, qui sponte non renuntiavit, an rei de spontanea renuntiatione testes & probationes sint potius admittendae: sic experientiae tuae duximus respondendum, quod hoc nulla ratio verisimile reddit, ut quisquam beneficio multis forte laboribus & expensis acquisito, & quo sustentari debet, sine magna causa renuntiare sponte elegerit: ideoque superuacaneum esse non credimus, causam resignationis siue renuntiationis diligenter inquirere, quatenus si forte probabilem, hoc est, non vi, non metu, non interuentu pecuniae, non promissione extortam, iudex ordinarius siue delegatus inuenerit, & maxime si iuramentum, quod vix fieri de spontanea voluntate credimus, quia iuramentum fere semper a malo est, intercesserit, admittere, nisi replicatio ca-

Xxxx iij

Negantis  
factum pro-  
bationes ad-  
mitteri.

nonica fuerit opposita, non proponat. Porro licet negantis factum nulla inueniri posse probatione dicatur, eius tamen qui renuntiationem spontaneam negat, cum implicite & quodammodo replicando inficiatur, super actione sua probationes credimus proferendas, habita nihilo minus, vt decet, ad personarum dignitatem & opinionem relatione.

Assensu  
Causarum  
179.

CAP. X. *Ex decretis Hormisdæ papæ.*

Nullus fidelis, cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo sacerdos aliquos occulte coniunxisse inuentus fuerit, ab officio triennio suspendatur.

CAP. XI.

*Dunelmensi episcopo & fratribus Reuesbi.*

Proposuit nobis dilectus filius noster Vu. clericus præsentium lator, quod cum ipse ad ecclesiam de \* Vuadher, a Reinerio Flandrensi venerabili fratri nostro Eboracensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato præsentatus fuisset, idem archiepiscopus eum ad ecclesiam non recepit. Inde est quod discretioni vestræ per A. S. mandamus, quatenus si idem archiepiscopus ad commonitionem vestram præfatum Vu. in ipsâ ecclesia, quam citius poterit non instituerit: vos rei veritatem legitime inquiratis, & si vobis constiterit ex parte Vu. dummodo idoneus sit, quod ad ipsam vacantem fuerit prædicto archiepiscopo præsentatus, ad eandem ecclesiam auctoritate nostra, amoto illo qui eam detinet, etiam si quis post præsentationem eius & appellationem, quam se ad nos fecisse proponit, incussus est, appellatione remota, cum fructibus inde perceptis post primam præsentationem, eum recipere minime differatis.

Præsentati  
& non ad-  
missi appella-  
tionem tene-  
re.

CAP. XII.

*Eboracensi archiepiscopo; Pars capituli: In eminenti de appellationibus.*

De cetero noueris, quod si sententiam a nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandari, & fraus interuenerit, non est facultas executori de negotio toto

ANNO  
CHRISTI  
1179.

cognoscere, sed referri, quoties quæ inciderint, ad sedem apostolicam oportebit.

CAP. XIII. *Eboracensi archiepiscopo.*

In eminenti specula ecclesiæ, licet immeriti, disponente Domino constituti, intendere debemus consultationibus singulorum: & prout Deus nobis reuelauerit, propositas enodare. Consulisti autem, si causa, appellatione remota, commissa, altera partium ante citationem vel post citationem, ante sententiam vel post sententiam, ad sedem apostolicam appellauerit, an appellationi sit in huiusmodi deferendum. Præterea si causa fuerit, appellatione remota, commissa, & alter aduersariorum appellet, quia delegatus iudex non vult super suggestione falsi probationes admittere contra Cantuariensis literas impetratas, an in hoc casu teneat appellatio, quæsiuisti. Dubitas etiam, si duobus fuerit causa commissa, appellatione remota, & alter suo coniudici vices suas commiserit, an ille solus possit procedere appellatione remota, vel ab eo liceat appellare, cum in fine non sit appositum, vt si vterque nequiuert interesse, vnus procedat. Primæ ergo quæstioni respondemus, quod causa, appellatione remota, commissa, appellationi non debet deferri, siue ante citationem, siue post, siue ante sententiam, siue post, fuerit appellatum: nisi appellans, priusquam citaretur, iter arripuisset ad sedem apostolicam veniendi. Quod autem quæsiuisti, si aliquis appellauerit, quia delegatus iudex super suggestione falsi audire probationes recusat, an appellatio teneat, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod in eo casu debet appellationi deferri. Ab vno vero iudicum, appellatione remota, in causa procedi non potest, nisi hoc speciale in literis commissoriis exprimat.

CAP. XIV. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. *Et infra*: Consulere decreuisti, de quibus personis intelligendum sit, vnã alteri in ecclesiasticis beneficiis succedere non debere: vtrum, scilicet, de sacerdotibus & eorum filiis duntaxat, an & de aliis quibusdam personis. Noueritis ergo quod ad ecclesiastica beneficia nullum secundum Cano-

nes admittendum credimus, nisi ex electione canonica vocatum. Sacerdotum vero filios, & maxime in sacerdotio genitos, his temporibus suis succedere parentibus, quarumlibet regionum consuetudo & in donis ciuilibus prohibet, & Canones in ecclesiasticis multo fortius prohibent & execrantur. Personarum quoque filios citra sacros ordines constitutarum plerumque, si tamen merita suffragantur, parentibus suis succedere conuiuentibus oculis toleramus. Exemplo namque perniciosum est & graue, talia in ecclesia pullulare, per quæ & laicis scandalum generetur. Sane tam has personas, quam illas, ab aliis non repellimus beneficiis, si digni inueniantur.

## CAP. XV.

*Alexander tertius abbatibus Cisterciensibus in capitulo Cisterciensi congregatis.*

Ista. 5.

Philipp. 4.

Recolentes qualiter hæc plantatio sancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Domini fabaoth, sub primis ordinis patribus pullulauit, &c. *Et infra*: Nunc autem aliqui ex vobis pristinae institutionis obliti penitus vel ignari, contra ordinis vestri gloriam & decorem, villas, molendina, ecclesias & altaria possident, fidelitates & hominia suscipiunt, rusticos & tributarios tenent: & omne studium adhibent, vt termini eorum dilatentur, quorum conuersatio esse debebat in caelis. Læditur hinc ordo penitus & mutatur, &c. *Et infra*: Ideoque sanctum & venerabile collegium vestrum precibus & monitis, quibus possumus, exhortamur, quatenus domus illæ quæ a prima sui origine in ordine vestro sunt fundatæ, constitutis & ordinatis terminis sint contentæ: nec velint ad ea manus extendere, quæ sine laboribus & periculis multis, & demum sine ordinis magna confusione minime poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis statutis, ad communionem volueritis aliorum monasteriorum viam diuertere, oportebit & vos communi iure censerî: quia dignum est vt qui similem cum aliis suscipiunt vitam, similem sentiant in legibus disciplinam. Quoniam domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum se ordinem transtulerunt, vestris omnino satagunt vsibus conformari, vt relictis videlicet possessionibus vel mutatis, quas vestra institutio non recipit,

sic



ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

fic se in omnibus vestrae religioni coaptent, ut quemadmodum se gaudent in societate ordinis, mutatione habitus & obseruatione regulari assumptos, sic etiam in paritate temporalium rerum se latentur vestris institutionibus conformatos. Sane si super possessionibus ipsis in aliquo de monasteriis vestris apostolicae sedis auctoritas dispensauit, a nullo vestrum sumendum est exemplum: quia temerarium est penitus & absurdum & indignum, aliquem sua sibi auctoritate praesumere, quod Romana ecclesia alicui monasterio, certa ratione inspecta, singularibus voluit beneficiis indulgere.

C A P. XVI. *Rhemenfi archiepiscopo.*

Cum H. diu vinculo excommunicationis fuisset adstrictus, tandem praestito iuramento, quod exinde iudicio ecclesiae stare deberet, beneficium absolutionis obtinuit: sed continuo ad sedem apostolicam post absolutionem appellauit: & anno transacto ultra, per se vel per alium appellationem prosequi contempsit. Quoniam igitur derisorie appellare videtur, qui appellationem interpositam non prosequitur, fraternitati vestrae per A. S. praesentibus mandamus, quatenus vtraque parte coram te conuocata si tibi constiterit, quod tanto tempore appellationem prosequi contempserit, tu ipsum iudicio tuo stare sub excommunicationis distractione compellas.

Potest aliquis appellare, per se, & per alium: nec per se, nec per alium, per se, non per alium: per alium, non per se.

C A P. XVII.

Eius qui modo vult recedere ad priorem uxorem, quam prius negauit, ecclesia testimonium non recipit: quia variavit verbum suum, & contra semetipsum testimonium tulit, & abstulit sibi fidem in vtroque, ut coniugii sacramentum ad inuicem non esse videretur, & opus carnalis commercii contradiceretur.

C A P. XVIII.

*Vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier: nec mulier potestatem sui corporis habet, sed vir.* Potest ergo vir siue mulier peccato suo facere, ut potestatem in corpore alterius perdat: sed facere non potest, ut alteri potestatem sui corporis, quantum in se est, tollat. Quod suum ius est, perdere potest:

*Concil. Tom. 27.*

Yyy

quod suum non est, tollere non potest. Si faciat ergo, vt debitum suum in corpore alterius iure exigere non possit: non tamen facere potest, vt debitum alterius in suo corpore negare possit.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. XIX.

De voto peregrinationis an eleemosynis possit, vel per alium redimi, tibi nihilo minus respondemus, quod ab eius qui præsudet, dependet arbitrio, vt consideret & attendat diligentius qualiratem personæ, & causam commutationis, scilicet, an id ex infirmitate seu affluentia diuitiarum contingat: & vtrum peregrinatio, an recompensatio vtilior sit, & Deo magis accepta, & secundum hoc debet exinde dispensare.

CAP. XX. *Rhemensi archiepiscopo.*

Cum Christus perfectus sit Deus & perfectus homo, mirum est qua temeritate quisquam dicere præsumat, quod Christus non sit aliquid secundum quod homo. Ne autem tanta in ecclesia Dei possit nequitia suboriri, vel error induci: fraternitati tuæ, &c. quatenus conuocatis magistris scholarum Parisiensis & Rhemensis & aliarum ciuitatum, auctoritate nostra interdicas sub anathemate, ne quis de cetero audeat dicere, Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus est verus Deus, ita verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

## CAP. I.

Pars L. &  
ultima.  
Huiusetiam  
titulus in  
archetypo  
desideraba-  
tur.

ETSI quæstiones tuas de feruore religionis exurgere, & te eas ex intimæ deuotionis affectu, quam circa nos & ecclesiam habes, ad nostram deuotionem perferre nullatenus ignoremus, non tamen est vltra, quam oporteat, in huiusmodi dubitandum, cum leges humanæ dicant, quod quidam tenui religione contenti, sacramenta & \* necessaria & legitima exhibere contem-  
nunt. Tenuem enim vocant religionem, quæ in talibus hæsit, vbi non est aliquatenus hæsitandum. Vnde

\*necessa-  
rie & le-  
gitime  
exhiben-  
da,

ANNO  
CHRISTI  
1179.

etiam Psalmista dicit: *Trepidauerunt timore ubi non erat timor.* In hoc autem quod dilectus filius noster Petrus sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, tunc vero sancti Eustachii diaconus, & apostolicae sedis legatus, pro electione tua, ut & tibi pallium deferret, ad partes illas accessit: dilectus filius noster Albanus frater tuus, eius praesciens necessitatem, eidem cardinali equum vnum, te penitus ignorante, transmisit: quoniam per mare veniens, nullas aut paucas secum adduxerat equitaturas: te nullo modo timere oportet, cum in accipiendis, vel dandis muneribus tria sint maxime attendenda, personae scilicet dantis & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem personarum, ut a quo & cui, videlicet an a paupere diuiti, an e conuerso, siue a diuite locupleti datum fuerit, solícite consideremus. Aestimationem muneris & donationis tempus attendimus, si magni vel minoris precii res data existat, & an instante necessitate, an alio tempore conferatur, diligentius inspiciamus. Quibus siquidem inspectis, in praescripta quaestione tua nihil reprehensibilitate dignum inuenimus, quod solícitudini tuae in sequentibus manifestius apparebit. Si enim praedictorum cardinalis & fratris personarum qualitatem recta consideratione pensamus, non fuit magnum, ab eodem fratre tuo cardinali vnum equum inde transmitti, quem etiam ioculatori vir tantus & tam abundans non petenti donaret. Verum si temporis necessitatem perpendimus, non alia ratione hoc constat factum fuisse, quam ut cardinali in tali subueniretur articulo. Quare super hoc in conscientia tua nullus debet vnquam scrupulus dubitationis emergere, cum res data modici precii, quantum ad personam dantis & accipientis, extiterit: nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi possit vel debeat quamlibet vel in modico laesionem inferre: etsi ante electionis examinationem & pallii receptionem, cum te nolente & penitus ignorante sit factum, ut equus necessitate transmissus fuerit & collatus, nec etiam res tanti precii reputetur, quae accipientis animum multum mouere deberet, aut ab honestatis proposito declinare. Quod autem scriptum est: *Beatus qui excutit manus suas ab omni mun-*

Psal. 13.  
& 25.  
Quae tria in  
dandis vel  
accipiendis  
muneribus  
attendenda.

- 174. 33.

Concil. Tom. 27.

Yyyy ij

*nere*: de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere & inuertere solent. Quoniam \* si ipsa etiam persona electi, vel ordinari, vel consecratori suo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, siue de aliis huiusmodi, quæ modici precii fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant, offerat: non tamen Romana ecclesia dantem, vel accipientem delinquere interpretari consuevit, nisi ista interuenirent ex pacto. De cetero licet, sicut tuæ literæ continebant, quod episcopus nec in electione sua ecclesiæ suæ indemnitate promittat, sacris Canonibus prohibeatur, sed tamen propter hoc, verba fratris tui nullam deberent animo tuo perturbationem vel dubitationem ingerere, cum etsi regi, qualem dixisti, te ignorante, promissionem fecisset, exinde nullatenus tenereris. Quoniam capitulum illud de persona sacerdotis electi, specialiter est intelligendum. Verum quamuis frater tuus, te nesciente, huius securitatem præstiterit, quod tamen non constat, ideo potest perpendi, quod non alicuius læsionis maculam propter hoc incurras, vel contrahas, cum, sicut fraternitas tua non ignorat, sanctorum patrum instituta determinent, quod puer qui ad aliquam ecclesiam a parentibus suis pecunia interueniente offertur, etsi ad tempus iubeatur ab eadem ecclesia remoueri, postmodum non solum ad aliam, sed ad ipsam vnde remouetur, potest assumi. De quibus colligitur, quod cum tu quando verba præscripta proferri debuerant ad ecclesiam agere natura electus, a qua iamdiu ad aliam assumptus fuisti, non solum secundam, in qua modo existis, sed & priorem dispensationem posses habere. Ideoque debes omnem ab animo tuo dubitationem auellere, cum etsi hoc constaret, immunis appareas: nec oporteat te, si frater tuus securitatem etiam præstitisset, propter hoc quoquo modo timere, cum ab ecclesia illa iam pridem transferis, & ad aliam deinceps assumptus fueris, in qua iamdiu mansisti. Quapropter non fuit necesse, vt alicui personæ, imperatori, scilicet, regi aut aliis, exinde scriberemus, cum nos nec minimum conscientia scrupulum ex hoc suboriri noscamus.

Locus ob-  
securus.

ANNO  
CHRISTI  
1179.  
f. ciii

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. II. *Item Bituricensi episcopo, ex eodem libro.*

Relatum est, & nobis ex tua parte monstratum, quod causis matrimoniorum tuæ diocesis ad te delatis, cum in eorum executione velles procedere, illi qui impetuntur, ad audientiam nostram appellant, vt per huiusmodi appellationes possint iudicium declinare. Vnde quoniam vestra interest, prauorum intentionem reprimere, & peccandi occasionem eisdem auferre: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus si qui parochianorum tuorum de linea consanguinitatis impetiti, vltcrius ab audientia tua ad sedem apostolicam in vocem appellationis proruperint, si coniuncti non fuerint, eos sub anathematis interminatione coniungi prohibeas, donec appellationem prosequantur, aut iudicio tuo stare obediant. Si vero fuerint coniuncti, eis conuenientem terminum prosequendæ appellationis, vel standi iudicio tuo, præfigas: infra quem si neutrum adimpleuerint, eos extunc omni appellatione cessante, vinculo excommunicationis adstringas. De cetero Heruberto \*

CAP. III.

*Idem in eodem libro secundo, Vu. Albanensi episcopo vicario nostro.*

Ex tuarum tenore literarum accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod si delictum eius publicum esset, ab ordine quem suscepit, degradaretur, & amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quoniam peccatum ipsum occultum est, & priuatum fore dixisti: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus ei condignam pœnitentiam imponas, & ei suadeas, vt per te, pœnitentia peracta, ordine suscepto vtatur: & eo contentus existens, ad superiores ordines amplius non accedat. Verumtamen quia peccatum occultum est, si promoueri desiderat, ei non potes nec debes aliqua ratione prohibere.

Propter occultum delictum, clericum non repelli a promotione.

CAP. IV. *Idem eidem in eodem.*

De adolescente, qui mulierem quamdam cognouit, & filiam eius postea matrimonio sibi copulauit, cui iam per decennium cohabitauit, tuæ prudentiæ respondemus,

Yyyy ij

quod si delictum eius, sicut nobis significasti, occultum existit, pœnitentia sibi condigna debet imponi, nec ab vxore tanti sceleris inscia est propterea separandus. Si vero id notorium esse dinoscitur, & ab vxore debet separari, & sine spe coniugii permanere.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. V. *Idem Verulano episcopo, in eodem libro.*

Ex dissimulatione cohabitare, nō ex fauore.

Ex relatione I. latoris præsentium, & ex tenore tuarum literarum accepimus, quod cum idem I. sororem vxoris suæ carnaliter cognouisset, & cum ea diutius permanisset, tu eos ab inuicem separasti, & iam dictum I. ad nostram audientiam destinare curasti. Super quo utique fraternitati tuæ duximus respondendum, vt eum Hierosolymam studeas destinare. Deinde cum ad propria redierit, ne ex abstinentia illorum forte deterius contingat, dissimulare poteris, quod vxori suæ cohabitaret, non tamen vt eis ad hoc licentiam tuam aut fauorem aliquatenus indulgere videaris.

CAP. VI.

*Idem Gradensi patriarchæ in eodem libro.*

Ex tuarum literarum tenore accepimus, quod V. presbyter viuendi leuitate vsus, cum quodam infami ad prauitatum locum immundos spiritus inuocaturus accessit. Vnde eum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum & notorium erat, ab officio & beneficio ecclesiastico suspendisti. Ipse autem coram nobis viua voce proposuit, quod non ea intentione, vt inuocaret dæmonem, ierat: sed vt per inspectionem astrolabii, furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperare. Verum licet hoc ex bono zelo & ex simplicitate se fecisse proponat, id tamen fuit grauissimum, & non modicam inde maculam contraxit. Sed quoniam tutius est, in dexteram quam in sinistram, & in misericordiam quam in seueritatem declinare: ipsum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes atque mandantes, vt secum misericorditer agas, & sibi infra octo dies post harum susceptionem, ecclesiam cum omnibus ablatis restituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quod per annum & amplius (si tibi visum fuerit, ita tamen, quod biennium non excedat) eum ab al-

ANNO CHRISTI 1179.  
taris administratione præcipias abstinere: & exinde liberum ei sit, officium sacerdotale exercere.

CAP. VII. *Idem Verulano episcopo in eodem libro 1.*

Quod te cum inimicis tuis, &c. De cetero quia fraternitatis tuæ quærit industria, vtrum clerici qui infra subdiaconatus ordinem constituti, quia continere carnis vitio coacti non valeant, vxores accipiunt, ecclesiastico spoliari possint beneficio canonice: id tuam volumus experientiam tenere indubitata veritate, quod cum sint voluptatibus & carnalibus desideriis dediti, ac diuinis & ecclesiasticis sacramentis contrectandis indigni, ecclesiasticis sunt procul dubio beneficiis priuandi. Sane si ecclesiis quibus attulati fuerant, de possessionibus aut aliis bonis suis aliqua contulisse noscuntur, cum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via dominium & proprietas illico debet absque vlla contradictione redire.

## CAP. VIII.

*Idem iudicibus Vellenen. in eodem libro.*

Relatum est auribus nostris, quod cum ad vestræ discussionis examen aliqua super testamentis ecclesiæ causa deducitur, vos secundum humanam, & non secundum diuinam legem in ea vultis procedere: & nisi septem aut quinque testes idonei producti fuerint, omnino non proponitis exinde iudicare. Vnde quia huiusmodi de iudiciis ecclesiæ non secundum leges, sed secundum Canones debent tractari, & in his diuina scriptura testante, duo aut tres idonei testes sufficiunt: discretioni vestræ per A. S. mandamus, quatenus cum aliqua causa super testamentis ecclesiæ relictis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum Canones, iuxta decretorum statuta, tractetis tribus vel duobus legitimis testibus requisitis: quoniam scriptum est: *In ore duorum vel trium* Matth. 18. *testium stat omne verbum.*

## CAP. IX.

*Item præposito & canonicis Sulcan. in eodem libro.*

Significatum est nobis, quod ecclesiasticam sacerdoti

præbendam vnam in ecclesia vestra communi consensu & voluntate dedistis, ita quidem, quod Missam de sancta Maria, nisi sit corporis infirmitate grauatus, debeat quotidie celebrare, qui ecclesiam vestram non nisi communi tam præpositi quam capituli consensu, potest dimittere, nec cuiquam præbendæ illius anniuersarium delegare. Quam siquidem constitutionem eatenus confirmauimus, vt prædictus sacerdos ecclesiæ, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat officium suum impendere: & quanto feruentius potest, salua honestate sua & debita deuotione, Missarum solennia celebrare: nec sibi liceat hoc, illinc se ad aliam ecclesiam tranferendo aut voluptatis causa subtrahere.

CAP. X. *Idem Beluacensi episcopo, in eodem libro.*

Significatum est nobis & pro certo monstratum, quod Griboldus nondum incipiens esse quatuordecim annorum, timore magistri, qui eum literis erudiebat, habitum religionis suscepit in ecclesia de Ruffinis, & inde sicut puer infra annum exiuit, & per sæculi vanitates iam sex annis & eo amplius vagabundus discurrit. Vnde quoniam huius rei veritas nobis non constat, fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus rem ipsam diligenter inquiras, & si inueneris, quod non fuerit a parentibus oblatus, nec incepit esse quatuordecim annorum, quando ad religionem accessit, & eum infra quartumdecimum annum voti pœniterit, & ab ecclesia recesserit, si in sæculo voluerit remanere, & eum ab ipso voto quod fecit auctoritate pontificali absoluas, & eum absolutum tam in ecclesia de Ruffinis, quam populo tuæ ciuitatis studeas publicare. Si autem a parentibus suis forte oblatus, seu quartumdecimum annum compleuerat, cum religionem intrauit, siue post quartumdecimum annum professionem a se factam ratam habuit, eum ad eandem vel aliam religionem transire, ecclesiastica districtione compellas.

CAP. XI. *Idem Salabriensi episcopo, in eodem libro.*

Peruenit ad nos, quod cum tu Rog. filium VVilhelmi ecclesiæ tuæ canonicum, vt debitam in eadem ecclesia residentiam faceret, monuisses, ad audientiam nostram in  
appel-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

appellationem prorupit, & appellationi suæ terminum, proximum festum beati Luca præfixit. Quoniam igitur indignum est, per eius vel aliorum subterfugia, præscriptam ecclesiam debitis obsequiis defraudari, cum ipse frustratoriam dilationis causa appellasse videatur: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus præfatum Rog. diligenter & studiose commoneas, vt in eadem ecclesia debitam, omni mora postposita, faciat residentiam, vel infra proximum festum beati Luca appellationem suam profecturus, ad nos veniendi iter arripiat. Interim vero alicui honestæ personæ vices eius in ecclesia prætaxata exequendas committas: & tantum ei de beneficiis illius, appellatione cessante, assignes, vnde possit congrue sustentari. Quod si prælibatus Rog. alterum istorum adimplere neglexerit, tu eum extunc præbenda sua, omni appellatione & contradictione cessante, priues: & eam alicui viro discreto & honesto, nullius appellatione admissa, concedas pariter & assignes.

CAP. XII. *Idem Tornacensi episcopo, in eodem libro.*

Veniens ad nos mulier latrrix præsentium, lacrymabili nobis confessione monstravit, quod cum de quodam filium genuisset, & ille sibi turgido sæpe vultu improperasset, quod filius eius non esset, ipsa iracundiæ calore & furore animi ducta, eundem filium interfecit. Quo comperto, comes Flandrensis eam totam terram suam vsque ad septennium abiurare coegit, nisi de nostra licentia \* remaneret. Cumque se nostro conspectui præsentasset, & quod crucem suscepisset, Hierosolymam se profecturam monstrasset, nos videntes quod in partibus illis præsentia illius non potest esse utilis, sed damnosa, eam ab Hierosolymitano itinere reuocantes, ipsam fraternitati tuæ duximus remittendam, præsentium auctoritate mandantes, quatenus prædictam mulierem labores inducere, vt in aliquod monasterium tui episcopatus transeat, & ibi peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuas: quia tutius nobis videtur vt in Domino nubat, & vni soli quam multis adhæreat.

\* f. remaneret.

## CAP. XIII.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

Relatum est auribus nostris, quod cum vir nobilis \*Ateorelia nomine, M. mulierem de \* Oreia quondam uxorem suam suspectam haberet, fratri & militibus suis præcepit, ut eam longe ad priuata loca deducerent, & gladio occiderent. Qui cum ipsam ad quamdam siluam duxissent, & euaginato gladio occidere vellent, eadem ad pedes cognati cecidit, & ut sibi vitam seruaret, lacrymosa supplicatione rogauit. Cognatus vero & pietate & misericordia motus, ei sub conditione pepercit, quod in monasterio de Tolabres habitum monasticum deberet suscipere. Quo audito, maritus eius, quia reseruata erat ad vitam, graue plurimum tulit: sed tamen postmodum acquieuit, sicque factum est, quod duos episcopos Casaraugustanum & Tirafonensem ut eam benedicerent, & illi velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit. Episcopi vero rem ignorantes, & quia iuuenis erat, & filium habebat paruulum, mutationem vitæ suæ suspectam habentes, eam seorsum conuenerunt. Quæ utique rem per ordinem patefaciens quod mortis timore, & non bono animo monasterium intraret: & quandocumque posset, inde exiret, nihilo minus adiecit. Tunc episcopis de morte eius timentibus, & quod ab ea audierant, propalare nolentibus, alter eorum, Tirafonensis scilicet, ut viri illius tyrannidi satisfacere videretur, mulieri imponere velum simulauit. Tandem autem viro & fratre de medio sublatis, prædicta mulier de monasterio exitiit, & cuidam nobili P. nomine de \* Cabern. nupsit. Sorores autem cum reclamassent, & episcopo Calaguritano conquestæ fuissent, & episcopus non posset eam videre, neque super his conuenire, ad instantiam fororum, eam & virum quem acceperat, excommunicauit, & totam terram eius interdixit, ignorans penitus quomodo res processisset. Quam utique sententiam venerabilis frater noster Tarraconensis archiepiscopus postmodum confirmauit. Nos igitur de prudentia & honestate vestra confidentes, causam ipsam experientia vestra duximus committendam, & sine debito terminandam. Ideoque discretionis vestrae per A. S. mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum, recepto iuramento, quod nostro debeant

ANNO  
CHRISTI  
1179

stare mandato, ab excommunicatione absoluat. Deinde tam mulierem quam priorissam & moniales, præscripti monasterii ad præsentiam tuam conuocantes, causam diligentius audiat, & sine canonico terminet. Quod si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, aut quod fecit postea ratum habuisse: ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum resumere, censura ecclesiastica compellatis.

CAP. XIV. *Idem Gaiacensi electo, in eodem lib. 8.*

Cum Petrus Mancouela, & Bonus \* Caci presbyteri, & Ioannes Bonus \* Coci laicus, in nostra essent præsentia constituti, eundem Ioannem, quoniam laicus erat, in iam dicti P. accusationem nequaquam admisimus. Cumque præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constantius accusaret, nos eum, quoniam in causæ testimonium fuit adductus, & quia frater eius, I. scilicet, iam dictum P. prius coram te accusauerat, repulimus, præsertim cum frater Petri Bonum \* Coci antea de causa consimili accusasset. Verum quoniam vnus post alterum prædictum instante vicissitudine accusabat, neutrum ad eius accusationem admisimus, sed vtrique de obiectis criminibus purgationem duximus indicendam. Inde siquidem est, quod discretioni vestræ per apostolicam sedem mandamus, quatenus vtrumque illorum secum tribus sacerdotibus facias infra triginta dies post harum susceptionem purgare. Purgatores vero illius honestatis & opinionis esse volumus, quod verisimile sit, eos nolle amore vel odio seu obtentu pecuniæ peierare. Vt autem idonei appareant, necesse est, eius quem purgare debent, vitam & conuersationem noscant. Quod si vterque illorum vel alter in purgatione defecerit, tu deficientem omni officio & beneficio ecclesiastico priues, tibi omnimodo præcauens, quod si memorato P. in sua voluerit purgatione assistere, nullam eis malevolentiam vel indignationem ostendas: nec eos amodo impediās, vel ab aliis, quantum in te est, impediri permittas.

CAP. XV. *Idem Norwicensi episcopo in eodem libro.*

Venientis ad nos Rom. clerici narratione audiui, *Concil. Tom. 27.*

Zzzz ij

quod cum in puerili ætate constitutus fuisset, se Hierosolymam disposuit profecturum: & cuidam consocio suo, qui nihilo minus dominicum sepulcrum proposuerat visitare, fidem dedit, & suam ab eo fidem recepit, quod sibi inuicem in via fideles existerent, & bonam societatem seruarent. Qui vtique sollicita mente reuouens, ad nos accessit, vt sibi super hoc nostrum \* auxilium aperiremus. Nos autem ipsum graui infirmitate laborare, sicut asserit, intelligentes, & quod in partibus orientis eius aduentus parum vtilitatis conferret, diligentius attendentes, præsertim cum sit clericis illicitum in sacris ordinibus constitutis arma assumere, aut effusioni sanguinis vacare, ipsum a voto quod in ætate tenera, facilitate animi potius quam ex arbitrio discretionis, promisit, absoluimus: ita tamen, quod idem votum eleemosynis redimere debeat, & iuxta consilium nostrum toto vitæ suæ tempore vni pauperum Christi, dum ad hoc suæ sufficiant facultates, tam in victu quam in vestitu providere.

## C A P. XVI.

*Idem V Vigorniensis episcopo, in 12. libro registri.*

Ex parte tua huiusmodi nobis conquestio proposita fuit, vtrum monachi in accusatione abbatum suorum aliquatenus sint admittendi. Super quo vtique tuæ prudentiæ respondemus, quod nisi alia rationabilis causa impediatur, & manifesta, eo quod monachi de obedientia & subiectione abbatis sunt, ab eius accusatione non sunt vllatenus repellendi, licet alios accusare non possint. Quibus siquidem, cum proprium non habeant, de rebus monasterii expensæ debent necessariae, donec causa debitum finem recipiat, ministrari. De confirmationibus autem Romanorum pontificum, tuam volumus cognitionem tenere, quod contra illas nisi nouum apostolicæ sedis mandatum procedat, aut certum sit, quod ipsæ confirmationes per falsam sint suggestionem obtentæ, non est aliquatenus iudicandum.

C A P. XVII. *Idem Beluacensis episcopo.*

Quod nobis ex vna parte significatum est, vt ex claudestinis matrimoniis dispensare deberemus, non videmus

ANNO  
CHRISTI  
1179.

quæ dispensatio fit super his adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte contrahantur, quod exinde legitimi testes non appareant, hi qui ea contrahunt, non sunt aliquatenus ab ecclesia compellendi. Verumtamen ea, quæ sic contracta sunt, si personæ contrahentium voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab ecclesia recipienda sunt ac comprobanda, tamquam a principio in conspectu ecclesiæ contraherentur. Si qui autem de clandestino matrimonio postmodum ab ecclesia comprobato & ramento habito, geniti fuerint, eos legitimos iudices filios & heredes.

De in clandestino matrimonio genitis.

CAP. XVIII. *Idem Beluacensi episcopo.*

Novit plenius, sicut credimus, tuæ discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui vnum corpus sitis: ita quod tu caput, & fratres tui membra esse comprobentur. Vnde non decet omisis membris, te aliorum consilio in ecclesiæ tuæ negotiis uti, cum id non sit dubium, & honestati tuæ & sanctorum patrum institutionibus contraire. Innotuit autem auribus nostris, quod tu sine consilio fratrum tuorum, abbates, abbatissas, & ceteras personas ecclesiasticas instituis ac destituis, non considerans & attendens, quomodo te non sit dubium sacros Canones transgredi, cum in huiusmodi causis & clericorum & laicorum circa te commorantium, qui de corpore ipsius ecclesiæ non sunt, potius quam fratrum tuorum consilio uti dicaris. Inde est quod apostolica auctoritate prohibemus, ne abbates, abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu & consilio \* prioris \* quod fratrum tuorum canonicorum instituire, vel destituisse, aliqua de cetero ratione præsumas. Quod si forte, quod non credimus, contra præceptum nostrum venire præsumpseris, nos tales institutiones & destitutiones, si quas amodo feceris, cassamus, & omni robore decernimus & stabilitate carere.

\* f. add. tam

\* f. quam

CAP. XIX. *Idem eidem in eodem libro.*

Quanto maiori dignitate, dante Domino, præmines, tanto te decet amplius & oportet in omnibus eam diligentiam & grauitatem habere, quod omnia videaris sine nota & reprehensione peragere, & laudabiliter iniunctæ tibi

Zzzz iij

solicitudinis officiū dispensare. Audiuimus autem, vnde & mirati sumus, sicut & merito inde mirari possumus, quod in concessionibus & confirmationibus iuxta consilium & voluntatem eorum \* procedis, & in priuilegiis, quod tuam non decet honestatem, ad maiorem auctoritatem & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tamquam si præsentes fuissent, facis subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam, in negotiis tibi commissæ ecclesiæ consilium fratrum tuorum \* proponere, cum quibus vnum corpus existere comprobaris: fraternitati tuæ per apostolicam sedem mandamus, quatenus in concessionibus, confirmationibus, & aliis eiusdem ecclesiæ negotiis fratres tuos requiras, & cum eorum consilio vel sanioris partis, eadem negotia peragas, & pertractes: vt quæ statuenda fuerint, statuas, & errata corrigas, & euellenda dissipas & euellas: nec absentium fratrum nomina aliquatenus scribi facias, quia talia munimenta, irrita sunt & falsa: & tu exinde quæstionem falsi non immerito poteris formidare. Nos enim vniuersa priuilegia, in quibus absentium fratrum nomina, ipsis ignorantibus vel absentibus, subscripta sunt, vel amodo scribentur, irrita esse decernimus, & nullius firmitatis robur habere censemus.

## CAP. XX.

*Idem Huboldo Ostiensi episcopo, & archipresbytero & canonicis VVellectur. in decimotertio libro registri.*

Cum esses, frater episcope, in præsentia nostra constitutus, diligenti nobis assertionem innotuisti, talem in episcopatu tuo inoleuisse consuetudinem, quod testamenta quæ fiunt in vltima voluntate, vt ab his qui potestatem habent super alios, penitus rescindantur, nisi cum subscriptione septem aut quinque testium fiant, secundum quod humanæ leges decernunt. Quia vero a diuina lege & sanctorum patrum statutis, & a generali consuetudine ecclesiæ, id esse noscitur alienum, cum scriptum sit: *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum*: præscriptam consuetudinem penitus improbamus, & testamenta, quæ parochiani vestri coram presbytero suo, & tribus vel duabus aliis personis idoneis in extrema voluntate de cetero fecerint, & firma decernimus permanere, & robur perpe-

*Deut. 17.*

ANNO  
CHRISTI  
1179.

tua firmitatis obtinere, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis præsumptione qualibet, huiusmodi audeat rescindere testamenta. Præterea cum principes, &c.

CAP. XXI.

*Idem Carnotensi episcopo, in decimoquarto libro registri. Pars illius capituli; Cum sacrosancta Romana.*

Significasti nobis quemdam presbyterum cum alterius coniuge diabolico instinctu in ecclesia frequenter, sicut asferis, dormiuisse: quæ utique se & illum sacerdoti cuidam huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi detexit, & hoc ipsum idem sacerdos, nomen adulteri celans, in præsentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum negante adultero, mulier in confessione persistat, ab apostolica sede consilium requisisti. Nos ergo iuxta sanctorum patrum decreta volumus, ut condignam poenitentiam adulteræ præfatæ imponens, ecclesiam prælibatam per adspersionem aquæ sanctificandæ reconcilies. Prædicto autem sacerdoti, ne, contra Apostolum, infirmorum corda, mala fama ipsius percutiantur, & ne nostrum vituperetur ministerium, nec securiores presbyteri existentes prolabantur licentius in peccatum, cum vicinis quinque presbyteris, quos se nolle peierare cognoueris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quod si se purgare poterit, in officio suo permittas ipsum ministrare: si vero non poterit, ipsum ab officio suo suspendere nulla ratione postponas.

1. Cor. 8.  
2. Cor. 9.

CAP. XXII. *Idem in eodem.*

Quæsiuit a nobis tua fraternitas, utrum sacerdos vno clerico tantum præsentem, infirmum debeat inungere: & qua die festum Matthiæ in anno bissextili debeat obseruari, præsertim cum quidam inter vigiliam & festum velint interponere diem: & utrum mulier pro latrocinio, aut alio quolibet crimine, a viro suo debeat separari, & alii nubere: & de viro simili modo exposuisti quæstionem, utrum pro quolibet flagitio possit a coniuge sua diuidi, & aliam sibi legitimo matrimonio copulare. Nos itaque tibi duximus taliter respondendum, quod sacerdos vno præsentem clerico, & etiam solus, potest infirmum inungere. Festum

vero B. Matthiæ iuxta regulam ecclesiasticam vigilia eate-  
nus præcedat, vt nec pro bissexto, nec quolibet alio modo  
inter se & solennitatem admittat alium diem, in qua vti-  
que vigilia, nisi eueniat in dominica die, ieiunium celebra-  
tur. Ipsum autem festum, siue fiat in præsentī die, siue in se-  
quenti, qui duo quasi pro vno reputantur, nullus error,  
sed ecclesiæ consuetudo teneatur. Quod autem mulier  
pro furto vel quolibet alio crimine a viro separetur, & alii  
nubere possit, & viro similiter eadem lege constituatur:  
taliter respondemus, quod mulier pro furto vel alio crimi-  
ne viri sui, nisi ipse eam ad maleficia sua trahere nitatur, &  
fidei suæ religionem corrumpere velit, non debet ab eo se-  
parari, nec alii aliqua ratione copulari. Verum si coniu-  
gem suam ad errorem traxerit, & ad maleficium, mulier  
a viro recedere poterit & separari, ita quod ei alii nubere  
non licebit: quia licet separentur, tamen coniuges erunt  
semper. Viris quoque præfens sententia seruetur.

## CAP. XXIII.

*Idem episcopo & archidiacono Vicentino, in duodecimo  
libro registri.*

Perlatum est ad audientiam nostram, quod \* Here-  
mam filius quondam Lazari, ad partes Constantinopoli-  
tanas transiens, ibidem moram per decennium & amplius  
fecit, & ad Viuiam filiam Eulardi vxorem suam non  
rediit. Ipsa vero apud bonæ memoriæ I. quondam Vicen-  
tinum episcopum aduersus virum suum querelam depo-  
suit: & quod eum non posset diutius expectare, nihilo mi-  
nus allegauit. Episcopus vero, sicut vir prouidus & discre-  
tus, parentibus viri mandauit, vt pro eo mitterent, &  
ipsum ad propria reuocarent. Cumque elapso longo tem-  
poris spatio, prædictus vir ad propria non remearet, epi-  
scopus in conspectu ecclesiæ auditis allegationibus mulie-  
ris, inter eos diuortii sententiam promulgauit, & mu-  
lieri, vt alium virum duceret, plenariam facultatem indul-  
sit. Quia igitur huius rei veritas nobis non constat, discre-  
tioni vestræ per A. S. mandamus, quatenus rem ipsam dili-  
genter inuestigetur, & si vobis constiterit, quod episcopus  
diuortii sententiam inter eos tulerit, filios eius quos de  
Achari filio quondam Rad. ad cuius copulam auctoritate  
præ-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

prædicti episcopi sine quaestione & contradictione ecclesie migravit, sustulerit, ab hereditate non patiamini excludi, sed eos legitimos iudicetis: & si quis contra hoc venire voluerit, ei auctoritate apostolica silentium penitus imponatis.

C A P. XXIV.

\* *Buigen.*

*Lucius tertius \* Nebeberen. episcopo, in registro.*

Cum causam, quæ est inter E. militem & vxorem eius, tuæ commississemus experientia terminandam, miles repetens mulierem, legitime sibi nupsisse, per probationes canonicas se constanter asseruit probaturum: femina vero proposuit, quod dominorum & parentum suorum suggestione alteri viro tradita, ab illius militis amore diuertit, qui a parentibus eam prius rapuerat, illa tamen nolente, vt dicitur, & postmodum, priusquam eam cognosceret, desponsauit. Deinde inclusa est in monasterio monialium, vbi & detinetur. Vnde quoniam super his prudentia tua sedem duxit apostolicam consulendam, significatione præsentium tibi respondemus, quod cum ibi raptus dicatur admitti, vbi nihil de nuptiis ante agitur; iste raptor dici non debet, cum habuerit consensum mulieris: & prius desponsauerit eam, quam cognouerit, licet parentes forsitan reclamarent. Præterea cum post matrimonium carnis permixtione perfectum, teste Apostolo, *uxor sui corporis potestatem non habet, sed maritus, & e conuerso: si præcessisse matrimonium, vel ex probationibus viri canonicis, vel ex mulieris confessione claruerit, postmodum sine assensu viri non potuit femina monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo quod de monasterio post matrimonium consummatum per virum rapta fuerit, eius poterit consortium declinare, dummodo probari nequeat, virum, vt mulier profiteretur continentiam, assensisse.*

C A P. XXV. *Idem Parisiensi episcopo.*

Intelleximus ex literis tuis, quod M. latrrix præsentium, diabolico furore accensa, quamdam filiam suam multoties animo perimendi aggressa, tandem suggerente eo, qui fidelium perditione lætatur, lethali vulnere iugu-

*Concil. Tom. 27.*

Aaaaa

lavit : propter quod dominus terræ maritum eius ipsam coegit abiurare. Quia vero illum & illam pariter filios habere intimasti, vnde circa ipsius exilium debeat dispensari, nos de discretione tua plenam fiduciam habentes, eam tuæ duximus prouidentia remittendam : per A. S. tibi mandantes, quatenus ita super hoc prouideas, vt sui sceleris pœnam luat, & saluti eius & filiorum ipsius per prouidentiam tuam in Domino consulatur : nec obstante proposito iuramento, quod ab ea dictus dominus proponitur extorsisse, eam (si expedire videris) viro suo & rebus suis restituas, ita quod filios suos libere possit & pacifice gubernare.

## CAP. XXVI.

*Alexander tertius Arelatensi archiepiscopo, & sanctæ Mariæ Inuiolatæ diacono cardinali, in duodecimo libro registri.*

Causa matrimonii, quæ inter Ermengardem mulierem, & \* Blatium agitari dignoscitur, venerabilibus fratribus nostris Foroiulienfi & Vapincensi episcopis meminimus commississe. Quibus vtique in vnum conuenientibus, eandemque mulierem, sicut accepimus, viro restitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeo \* infecit, \* affecti, quod inuita & coacta inter se & virum esse confessâ est parentelam. Sicque factum est, quod ad iudicium vnus illorum, mulierem ipsam dimisit, quæ filios suos quinque dicitur ex eo genuisse, & quatuordecim annis secum sine quaestione aliqua permanisse. Vnde quoniam matrimonium in ecclesia Dei adeo magnum sacramentum probatur esse, quod sine rationabili & euidenti causâ dissolui non debet, præsertim cum non ab homine, sed a Deo sit institutum: discretioni vestræ per A. S. mandamus, quatenus huius rei veritatem diligenter & subtiliter inquiratis: & si inuenieritis quod præfatus B. prædictam mulierem ad iudicium solummodo vnus prædictorum episcoporum a se separasset; quia cum duobus causâ committitur, sententia vnus non tenet, ipsum constanter commoneatis, & districtè compellatis, vt mulierem sicut vxorem suam appellatione remota benigne recipiat, & maritali affectu pertractet. Quod si facere forte contempserit, eum & superinductam, appellatione cessante, excommunicationis vinculo

Ephes. 5.

Genes. 2.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

perstringatis. Si qui tamen apparuerint, qui postquam ab eo recepta fuerit, matrimonium eorum velint, & legitime possint impetere: partibus ante vos conuocatis, causam audiatis, & eam sine canonico, appellatione remota, terminetis, illa maturitate, & circumsp̄ctione adhibita, quam in tanto negotio conuenit adhiberi. Quod si ambo, &c.

CAP. XXVII.

*Idem in eodem, abbati sancti Benedicti de Vebia.*

Suscepimus literas tuas, & cognouimus ex earum tenore, quod cum lator præsentium in custodia cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredienti de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, & vestimentis propriis denudare præsumpserunt. In quos isti resumptis viribus insurgentes, ligauerunt illos, & detinere vsque ad notitiam capituli voluerunt. Cumque iste rem ad tuam audientiam perlaturus, eos ligatos in fratr̄is sui custodia dimisisset, & fures se soluere niterentur, frater illos, ne ipse ab illis interimeretur, occidit. Vnde quoniam expediebat potius post tunicam relinquere etiam pallium, Matth. 5. & rerum sustinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere: abstineat iste humiliter ab altaris ministerio, & peccatum suum, quibus ad arbitrium tuum modis poterit, vterque studeat expiare. Constat enim, eos contra regularem mansuetudinem & ecclesiasticam disciplinam ex vtriusque ope interemptos.

CAP. XXVIII. *Idem in eodem, Ambianensi episcopo.*

Quod sedem apostolicam consulis super his, quæ dubia tibi existunt, gratum gerimus & acceptum: & tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur. Ex tua siquidem parte nobis est intimatum, quod quædam mulier tui episcopatus cuidam viro nupsit, ignorans quod propter vtriusque inguinis rupturam genitalia eius essent abscissa, nec ab eo cognita fuisset. Qui utique modo factus leprosus, se pariter & sua domui dedit infirmorum. Mulier vero ad domum paternam reuersa, sicut iuuenis, alii viro desiderat nubere, & coniugali foedere coniungi. Verum licet ecclesia Romana non consueuerit propter naturalem

Propter frigiditatem an matrimonium dirimendum.

*Concil. Tom. 27.*

Aaaaa ij

Propter  
consuetudi-  
nem rigori-  
tem tempe-  
rari.

frigiditatem aut propter alia maleficia legitime coniunctos diuidere, si tamen consuetudo Gallicanæ ecclesiæ habet, vt huiusmodi matrimonia dissoluantur, nos patienter tolerabimus, si secundum illam consuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, in Domino concesseris nubendi facultatem. Sicut enim puer qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic quoque qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. XXIX. *Idem eidem in eadem epistola.*

Sane de canonico qui in ecclesia Aroacensi professionem fecerat, & ab ea fugerat, ab abbate in monachum recepto; id tuæ fraternitati significamus, quod si locus vbi nunc permanet, maioris est religionis, quam ecclesia Aroacensis, ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem ecclesiam redire compellas. Porro de comite \* Pontitini, qui vxorem suam, filiam Bernardi de S. \* Valerico, absque iudicio ecclesiæ dimisit, propterea quia eam cognatam fuisse defunctæ vxoris suæ proponit: hoc tua prudentia cognoscat, quod si etiam parentela esset publica & notoria, absque iudicio ecclesiæ ab ea non potuit separari: quare eum ad eam recipiendam districte compellas: & si eam recipere noluerit, eum & superinductam vinculo excommunicationis adstringas. Si qui autem apparuerint, qui matrimonium ipsum velint & possint impetere, causam audias, & eam sine debito decidas.

Locus ob-  
secutus.

Præterea de Hugone de \* Calorie, qui filiam \* Alelmi cognatam suam duxit in vxorem, & hoc publicum & manifestum est, nec apparet aliquis qui matrimonium velit impetere: id tibi respondemus, quod non apparentibus accusatoribus, & parentela publica & manifesta existente, quod credibile non est, vbi essent consobrini in primo vel secundo gradu, ecclesiæ auctoritate interdictum est matrimonium, adhibita illa grauitate dissoluere quod illicitè noscitur contractum. Ad hæc quoniam donationem decimæ, quam abbas S. Saluii de \* Musterol, & prædecessor eius cuidam laico iure hereditario concesserunt tenendam, cum sanctuarium Dei iure possideri non debeat, in

irritum penitus reuoces, & viribus carere decernas: & laicum, nisi decimam ipsam ecclesie S. Saluii libere & absolute restituat, vinculo excommunicationis adstringas.

## CAP. XXX.

*Idem episcopo S. Agathes, in eodem lib. 12.*

De muliere, quæ (prout nobis significasti) cupiens viri sui ampliorem amorem acquirere, suscepto corpore Christi, & in ore retento, eidem viro suo osculum cum eo porrexit, & ipsum traicere postmodum, cum voluit, non potuit: sed versum est in carnem, cum tangeret, iuxta dentes molares, & caro supercreuit, & adhuc est intus. Circa quod fraternitati tuæ non possumus sanius dare consilium, nisi quod eam moneas & compellas, vt tantum per condignam poenitentiam & bona opera satagat expiare delictum. Credere quippe debemus, quod si vere contrita fuerit, & condignam poenitentiam egerit, & tu ad Deum deuote pro ea oraueris, corpus Christi traicere poterit diuina gratia suffragante.

Sane super eo, quod quædam mulier viro suo fidem dedit, & ipse illi, quod matrimonium inter se contraherent: & viro volente sacramentum seruare, mulier castam disposuit ducere vitam; discretioni tuæ taliter respondemus, quod si iuncti non fuerint, mulier permittatur ad religionem transire, & Domino, relicto sæculo, militare. Quod si facere noluerit, & in sæculo caste viuere disposuerit, quia hoc suspectum esse posset, & ad vtrumlibet, ad bonum videlicet & ad malum, haberi posset, ipsum matrimonium consummari constringas. Beatum enim Ioannem & complures alios, ab ipsis etiam sponsalitiis ad vitam contemplatiuam legimus euocatos: & ideo eidem mulieri confidenter permittere poteris, vt transeat ad religionem, castitatis votum seruatura.

Præterea de muliere, quæ a viro appetitur, cuius confanguineus se cum ea deliquisse proponit, si hoc publice confiteri recusat propter metum & potentiam mulieris: prouidentia tuæ duximus respondendum, vt matrimonium ipsum fieri, nisi iuramentum interuenisset, districte prohibeas, ne deterius inde contingat.

## CAP. XXXI.

*Idem procuratori & canonicis Soranis, in eodem libro.*

Veniens ad apostolicæ sedis clementiam Mariota latrrix præsentium, supplici nobis insinuatione monstravit, quod dum esset in adolescentia constituta, quemdam adolescentem E. nomine, in tantum adamavit, quod vterque inter se de matrimonio contrahendo sub trium personarum testimonio præstitit iuramentum: quod parentes ipsius mulieris ignorantes, eam inuitam & reclamantem, cuidam alii in vxorem tradiderunt. Quem ita exhorruit, quod se ab eo nullo modo cognosci permisit. Cumque publice profiteretur, quod a priore viro cognita esset, atque iurata: episcopus Soranus, qui tunc erat, eos ante præsentiam suam fecit venire: & cognito atque probato, quod inter eos esset proxima linea consanguinitatis, quod solui deberent, nec possent de iure coniungi, ipsos ab inuicem separavit. Ceterum cum causa ipsa tractaretur, & viro cui tradita fuit a parentibus consentire nollet, ipse aliam vxorem traduxit, & ista cuidam viro Ptolemæo nomine, publice in conspectu ecclesiæ nupsit. Tandem cum de illo filium genuisset, pater illius Ptolemæi quærens occasionem diuortii faciendi, ei opposuit, quod filium suum nec potuit, nec debuit de iure in virum habere, eo quod ab alio viro, qui nondum defunctus est, prius desponsata fuisset. Quia vero assertioni eius fidem, sicut non debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus sub silentio præterire, eam ad vos duximus remittendam, per A. S. præcipiendo mandantes, quatenus rei veritate plenius inquisita & cognita, si inueneritis, quod prædicta mulier a priore viro fuerit iudicio ecclesiæ separata, & ab eodem Ptolemæo sine contradictione ecclesiæ in vxorem traducta, & ille cui inuita & renitens copulata est, de præsentis vita decessit, prædictum Ptolemæum moneatis & compellatis, vt prædictam Mariotam postposita occasione recipiat, & sicut vxorem suam diligere studeat, & maritali affectu tractare. Alioquin eum & superinductam, & patrem etiam ipsius, si huic rei resisterit, vinculo excommunicationis innodetis, & vsque ad condignam satisfactionem ipsam sententiam inuiolabiliter faciatis obseruari.

ANNO  
CHRISTI  
1179.CAP. XXXII. *Idem illustri Anglorum regi.*

Magnificentiae tuae literas, quas pro R. milite super iure patronatus ecclesiae de Ligurgis, apostolatui nostro serenitas regia destinavit, ea qua decuit benignitate recepimus, promptum animum plenamque voluntatem habentes, excellentiae tuae preces, in quibus cum Deo & honestate poterimus, exaudire. Verum quoniam sanctorum patrum statutis contrarium videtur, si clericos ab ecclesiis, quas canonicè adepti sunt, patronatus obtentu sustineremus amoueri, salva conscientia, praenominato militi non potuimus nostrum in parte ista impartiri fauorem: cum ex hoc ei, si de iure debet habere, praedictum in posterum non generetur.

## CAP. XXXIII.

*Idem archiepiscopis & episcopis per Galliam constitutis.*

Nostris est auribus intimatum, quod nonnulli ambitione nimia tracti, occasione laici vel potentiae saecularis, in saeculari foro, nec requisita episcopi audientia, patronatus ecclesiarum & ecclesiastica beneficia sibi praesumunt in vestris parochiis vendicare. Quoniam igitur huiusmodi personae non intrant per ostium, sed aliunde contendunt, ac per hoc indigni sunt pastoris nomine, ac praerogativa gaudere: fraternitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus eos quos patronatus ecclesiarum vel ecclesiastica beneficia constiterit praedicto modo adeptos, si commoniti minime resignauerint, nisi praescriptione aut episcopali \* confessione muniti fuerint, sublato appellationis diffugio, ab officiis reddatis & beneficiis alienos. Si vero nec sic destiterint, eos vinculo anathematis innodetis, & vsque ad dignam satisfactionem teneatis, & faciatis tenere adstrictos.

\* f. confessione

## CAP. XXXIV.

Ad hoc, quoniam quidam laici ecclesias terris & aliis possessionibus spoliant, vt sic viros ecclesiasticos faciant coram iudice saeculari litigare: praesentium auctoritate vobis iniungimus, vt id publice sub anathematis interminatione curetis prohibere. Si quis autem prohibitionis vestrae

contemptor extiterit, eum, si manifestum fuerit, appellatione cessante, excommunicationi subdatis, & vsque ad dignam satisfactionem, sicut excommunicatum, faciatis arctius euitari.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. XXXV. *Idem Lugdunensi archiepiscopo.*

Grauis illa & odibilis querimonia, quæ vsque ad nos super deposito tuo tibi hæcenus denegato peruenit, duplici nos anxietate perstrinxit, eo quod tibi in hoc & deesse non possumus, & adesse, prout velles, efficaciter non valeamus. Cum enim non constet nobis, pecuniam tuam, quam ille, vt vir Belial, impia & detestabili surreptione furatus est, in vtilitates ecclesiæ conuersam, nec de iure debemus, nec possumus contra canonicos eiusdem ecclesiæ præcise intentare iussionis instantiam, vt tibi eandem reddant pecuniam, personæ, non ecclesiæ commendatam. Quocirca discretioni tuæ consulimus, & internæ caritatis intuitu suademus, vt in raptorem illum & furem, tuam interim dirigas actionem, eo quod, vt audiuius, loculos habet. Nos enim venerabilibus fratribus nostris Senonensi archiepiscopo apostolicæ sedis legato, & Parisiensi episcopo dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub duris quæstionibus ponant, & etiam, si oportuerit, vinculis macerent alligatum, & affligant, vt bene ligatus, cogatur reddere, quæ male dissolutus, ausus est asportare. Ceterum circa ecclesiam illum affectum te habere volumus, vt nihil ab ea requiras \* indebite. Si autem cum eis amicabiliter poteris pacationem pacisci, noueris id nobis acceptum.

\* indebitum.

CAP. XXXVI. *Idem Bituricensi archiepiscopo.*

Consuluit nos tua fraternitas, an sit appellationibus deferendum a carissimo in Christo filio nostro L. illustri Francorum rege pro Iudæis interpositis, vt Christiana mancipia detineant, & vtrum sustinere debeas, quod de nouo construant synagogas, vbi eas nullatenus habuerunt. Scripsimus itaque memorato regi, vt a defensione Iudæorum in hac parte desistat. Super hoc etiam ipsum per alios fecimus admoneri, & credimus quod monitis nostris acquiescet: quia non esset rectum, vt quod a sanctis patribus & nuper in Concilio statutum est, negligenter seruaret.

Vnde



ANNO  
CHRISTI  
1179.

Vnde non conuenit, vt pro huiusmodi appellationibus ab obseruatione decreti debeas abstinere. Iudæos etiam de nouo constituere synagogas, vbi eas scilicet non habuerint, pati non debes. Verum si antiquæ corruerint, vel ruinam minentur, vt reedificent potes æquanimiter tolerare: non autem vt eas exaltes, aut ampliores, aut preciosiores faciant, quam antea fuisse noscuntur. Quod vtique pro magno habere debent, quod in veteribus synagogis & suis obseruantis tolerantur.

CAP. XXXVII. *Idem Eboracensi archiepiscopo.*

A memoria nostra non recedit, qualiter in primo anno vestræ promotionis scriptum literarum felicitis memoriæ prædecessoris nostri Honorii papæ nobis feceritis præsentari, in quo continebatur, antecessoribus vestris apostolica benignitate fuisse indultum, vt tam eis quam successoribus suis liberum esset per totam Angliam ante se crucem deferre. Nos vero antecessoris nostri vestigiis inhærentes, & scripti nostri munimine confirmauimus, quod antecessoribus vestris clementer fuit indultum. Postmodum autem sanctæ memoriæ & venerandæ Thomas quondam archiepiscopus Cantuariensis existimans hoc in depressio- nem iuris & suæ dignitatis redundare, exinde cœpit quæstionem mouere, & propter hoc ad sedem apostolicam appellare, affirmans, (si bene meminimus) quod tibi vel prædecessoribus tuis id nullatenus licuit. Sicque factum est, quod nos tibi per scripta nostra prohibuimus, ne in prouincia Cantuariensis ecclesiæ, donec de causa cognoscere- tur, ante te crucem aliqua ratione deferres. Quoniam ergo per dilectos filios nostros I. & A. clericos tuos grauem coram nobis deposuisti querimoniam, asserens quod te a possessione huius rei quam tu & antecessores tui habueratis, absque cognitione iudicii spoliassemus: nos igitur tibi tamquam venerabili fratri nostro deferre volentes, & iura tua integra & illibata seruare, præsentibus literis statui- mus, quod literæ prohibitionis nostræ nullum tibi præiudicium faciant, quo minus tibi & successoribus tuis libe- rum sit, quemadmodum vobis est beneficio priuilegio- rum sedis apostolicæ indultum, tuque & prædecessores tui id facere consueuistis, ante vos per totam Angliam de-

*Concil. Tom. 27.*

B b b b b

ferre crucem, quousque diffinitiva sententia determinetur, an id ecclesia tua de iure habere debeat.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. XXXVIII.

*Lucius III. Magistro & fratribus militiae S. Iacobi.*

Vestra deuotio duxit inquirendum, vtrum nobis ecclesias parochiales adeuntibus vtile sit Missas eorum audire, qui concubinas habere creduntur. De hoc enim videntur diuersae sacrorum Canonum sententiae manasse. Alicubi enim dicitur: Nullus audiat Missam presbyteri, quem scit indubitanter concubinam habere. Alicubi legitur: Non potest quis quantumcumque pollutus, diuina sacramenta polluere, quae purgatoria cunctarum pollutionum existunt. Quicumque enim sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinare non potest. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgantur. Ceterum aliud crimen est notorium, aliud occultum. Notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur: occultum, quod adhuc ab ecclesia toleratur. Item aliud est a talium officiis abstinere, vt peccandi licentia ceteris auferatur, & huiusmodi ad poenitentiae fructum trahantur: atque aliud, si tamquam falsa in fornicatione iacentium talia mysteria respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod a clericis & presbyteris quamuis fornicariis, quamdiu ab ecclesia tolerantur, nec est crimen euidentis, licite audiuntur diuina officia, & alia recipiuntur ecclesiastica sacramenta.

Quod sit  
notorium  
crimen.  
Quod oc-  
cultum.

CAP. XXXIX. *Item Strigoniensi archiepiscopo.*

Ad apostolicae sedis regimen, &c. Intelleximus ex literis tuis, quod quaedam consuetudo in Hungaria inoleuit, vt populi multitudo plerumque de parochia episcopi vnius in alterius dioecesim transferatur. In qua licet per multa tempora moram habuerint, vterque tamen episcoporum, tam is a cuius parochia recesserunt, quam is in cuius parochia commorantur, eorum decimas exigit, & eos, nisi ad voluntatem ipsius soluant, interdicto supponit: vnde inuidiae & plurimae contentiones oriuntur. Ideoque tua fraternitas nos duxit consulendos, cui potius decimae sint reddendae. Noueris ergo quod si de artificio, vel

ANNO  
CHRISTI  
1179.

de negotiatione aut etiam de agricultura, quam intra terminos parochiæ in qua moratur, exercet, vel huiusmodi aliis decimæ soluantur: æquum est, vt ecclesiæ illi reddantur, in qua ille qui reddit, per totum anni circulum Missam audiuit.

CAP. XL. *Alexander III. Brixienfi episcopo.*

Quoniam a nobis tua sollicitudo requisit, quid de decimis noualium tuæ diocesis statuendum fuerit, fraternitati tuæ præsentibus literis respondemus, vt si terræ illæ quæ arabiles fiunt, infra certam alicuius parochiam fuerint, tu earum decimas tua ex parte retentas, eidem ecclesiæ facias assignari. Alioquin ipsas aliis ecclesiis secundum discretionem tuam poteris deputare, vel ad opustuum tenere, ita quod si quis tibi in his contraire præsumperit, tu eum ecclesiastica censura vsque ad dignam satisfactionem percellas. Sententias vero super decimis a consulibus datas, præsertim cum sanctorum patrum institutionibus obuiet, irritas esse decernas, & eas contradictione & appellatione cessante in irritum reuoces. Quod si laicus aliquis a clericis, siue conuersis decimas de laboribus suis in tua diocesi requisierit, tu eum ab exactione huiusmodi prorsus compellas: & laicos illos, qui a colonis tertiam vel quartam partem laborum suorum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de portione sua secundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exoluere consuevit, absque diminutione aliqua his quibus debentur, facias exhibere.

Supra de  
decimis  
præstantis,  
Cum homi-  
nes.

CAP. XLI. *Alexander III. Ianuensi episcopo.*

Tua nos fraternitas duxit consulendos, quid de his agere debeas, qui desponsant aliquas mulieres, & processu temporis antequam eas ducant, vel cognoscant, alias in vxores accipiunt. Super hoc vtique consultationi tuæ taliter respondemus, quod si vir & mulier sese inuicem receperint expresso consensu mutuo de præsentibus, neuter eorum, altero superstite, poterit ad alia vota se transferre, etsi possit ad monasterium transmigrare. Verum si inter ipsos non accessit consensus mutuus de præsentibus, sed promissio de futuro, scilicet quod vterque dixerit alteri: Ego

Supra de  
matrimonio  
contrahendo,  
Licet porro.

Concil. Tom. 27.

Bbbbb ij

te recipiam in meam, & ego te in meum: Si alius mulierem desponsauit & traduxit, & si inter primos iuramentum fuit (sicut diximus) de futuro, huius desponsationis intuitu secundum non poterit separari matrimonium, sed eis est de violatione iuramenti pœnitentia iniungenda. De aliis vero qui coram te super desponsatione facta per consensum mutuum de præfenti, mouent controuersiam, & post appellationem ante sententiam, vel cognitionem causæ ad sedem apostolicam interponunt, & appellatione pendente accipiunt alias in vxores: hoc arbitramur agendum, vt si amodo in tali casu aliqui duxerint appellandum, eis in ecclesia publice interdicas, ne ante decisionem causæ aliud contrahant matrimonium: & si contra interdictum ecclesiæ, ita publice factum, venire præsumpserint: matrimonium tam præsumptuose contractum poteris irritare. De illis vero qui in minori ætate desponsantur, traduntur, & coniunguntur, & processu temporis diuortium postulant, minorem allegantes ætatem, aut vim sibi a parentibus factam: hoc inquisitioni tuæ præsentibus literis respondemus, quod si ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis intuitu non debent ab inuicem separari, si vnus in alium visus fuerit consensisse, cum ætatem videatur suppleuisse malitia: sed cuiuscumque fuerint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat.

Ætatē sup-  
pleri mali-  
tia.

## CAP. XLII.

Illud quoque nihilo minus ex tua inquisitione innotuit, quod cum quædam libera mulier per annos decem & ultra cuidam seruo scienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum asserit suum non esse maritum, pro eo quod testes desponsationis non comparent. Verum vir eam vendicat in vxorem, & ostendit publicum instrumentum, quo sese coniuges nouerant, & propter quod ipsum ei donationem fecisse propter nuptias apparet. Mulier vero instrumentum illud vitiosum fuisse fateatur, & plures testes produxit, quod seruus ille ab inimicis mulieris sæpe rogatus, vt eam desponsaret, & ille se non eam desponsasse, nec desponsaturam firmiter assererat. Vir autem non nisi publico instrumento, & quibusdam

ANNO  
CHRISTI  
1179.

testibus, qui viderant eam annulos deferentem, mulierem propriam probavit esse vxorem. Sed mulier, de more illarum quæ panes \* mulierum vendunt, se annulos detulisse. Vnde quoniam in huiusmodi dubietate fama vicinæ magis debet attendi, tuæ sollicitudinis erit famam inquirere, vtrum prædictus vir in lecto eam & in mensa sicut suam vxorem, aut concubinam habuerit: & si fama loci habet, quod vir ipsam sicut vxorem tenuerit, cum matrimonium fit coniunctio maris & feminæ, indiuiduam vitæ consuetudinem renitens: cogenda est mulier, vt eidem viro affectu seruiat coniugali, præsertim si præscriptum instrumentum ab eo \* cognitum fuerit, qui suum officium fideliter adimpleuerit.

Matrimonii  
diffinitio.

\* leg. retinens:

CAP. XLIII. *Idem \* Exoniensi episcopo.*

Præterea hi qui iurant de matrimonio contrahendo: vsque, Si autem promiserunt, coniungant. Si autem sibi inuicem id remittere voluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem sibi ducat, quam semper odio habeat, videtur quod ad instar eorum qui societatem iuramento, vel fidei interpositione contrahunt, & postea eamdem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Pars illius  
cap. Super  
eo quod a  
nobis.

CAP. XLIV. *Ex Concilio Moguntino B. lib. 5.*

In baptismo, vel chrismate non potest alium suscipere in filium, qui non est baptizatus vel confirmatus.

CAP. XLV.

*Item ex Concilio apud Compendium.*

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: & omnes quos ipse baptizauit.

CAP. XLVI.

*Item ex Concilio habito apud Vormatiam, cap. 4.*

Mulieres vero cum separatæ fuerint pro hac vel alia licita causa a propriis viris, totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali receperunt, & post expletum annum, accipiant alium virum, si voluerint: similiter & vir vxorem.

Bbbbb ij

## CAP. XLVII.

*Alexander III. Cantuariensi archiepiscopo.*ANNO  
CHRISTI  
1179.

Veniens ad nos cum literis tuis L. presbyter tuus, sup-  
plici nobis relatione monstravit, & hoc idem tuæ literæ  
continebant, quod cum in ecclesia \* Ouen. institutus fuis-  
set, ei fuit obiectum, quod in ecclesia ipsa non canonice  
habuisset ingressum, videlicet quod prius promississet vni-  
cuique parochianorum barile vini remittere, quod sacer-  
doti eiusdem ecclesiæ, qui pro tempore ibi seruiret, con-  
sueuerat pro beneficio dari. Verum cum duo apparuissent,  
qui iurati deposuerunt presbyterum talem fecisse promif-  
sionem, & cum altero illorum pactum illud dicerent fa-  
ctum fuisse: tu pro presbytero, vt decuit, & rationis exi-  
git ordo, iudicasti: & nos sententiam tuam, prout dignum  
est, commendamus; eo quod ille qui eodem infectus erat  
crimine, non posset contra alium testificari, cum etiam  
nulli de se confesso aduersus alium in eodem crimine sit  
credendum, & vnus testis non sufficiat ad cuiuslibet rei  
probationem. Sane quod in literis inferuisse diceris, paren-  
tes suos promississe, vt infra quindecim dies eidem eccle-  
siæ deberet spontanee cedere: prudentiæ tuæ significa-  
mus, quod ipsum, cum de conscientia sua promissionem  
factam fuisse diffiteatur, super hoc monere potes atque  
hortari, sed ei vim nullam debes inferre. Ideo fraternitati  
tuæ per apostolica scripta præsentibus mandamus, quate-  
nus sententiam tuam facias firmiter obseruari, prædicto  
L. ecclesiam ipsam cum omni iure suo integram & illiba-  
tam conseruans, parochianos eiusdem ecclesiæ ad iura sua  
sibi soluenda, diligenter commoneas, & appellatione re-  
mota compellas. Si autem exinde aliqua laborat infamia,  
ei cum quinta manu vel tertia dumtaxat, sui ordinis pur-  
gationem indicas. Qua recepta, eum ab infamiæ nota in-  
cunctanter absolvas.

CAP. XLVIII. *Idem Panormitano archiepiscopo.*

In archiepiscopatu tuo dicitur contigisse, quod quan-  
doque Sarraceni mulieres Christianas rapiunt & pueros,  
& eis abuti præsumunt, & quosdam etiam interdum occi-  
dunt. Cum autem excessus huiusmodi carissimus in Chri-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

sto filius noster illustris rex Sicilia, tibi & aliis personis ecclesiasticis, quæ pontificali supereminet dignitate, commisit puniendos: quid de Sarracenis agendum sit, qui fuerint in nefario scelere intercepti, nos duxit prudentia tua consulendos. Super quo utique tuæ consultationi taliter respondemus, quod si tales in tua iurisdictione sint vel fuerint postmodum intercepti, pecuniaria poteris eos pœna mulctare, & etiam flagellis afficere: ea tamen moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero fuerint ita super hoc graues Sarracenorum excessus, quod mortem vel truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam ipsam reserues regiæ potestati.

CAP. XLIX.

De illo autem qui se vxorem fratris sui, antequam ei matrimonio iungeretur, cognouisse proponit, hoc tuæ prudentiæ respondemus, quod nisi fuerit publicum & notorium, aut idoneis testibus approbatum, ipsum prius prædictam mulierem carnaliter cognouisse, prædictum matrimonium occasione illa dirimi non permittas.

Super eo vero, quod asseris Sarracenum quemdam de muliere quadam Christiana, quam quatuordecim annos tenuerat, filios suscepisse: discretioni tuæ duximus respondendum, quod tam Sarracenus quam mulier pro tanto excessu graui sunt animaduersione plectendi.

CAP. L. *Lucius tertius \* Curenſi episcopo, in registro.*

Ex tuarum literarum continentia intelleximus, quod cum H. presbyterum, quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum consilio, in episcopatu tuo a sacerdotali officio suspendisses: prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgauisse, & episcopum suis illum literis absoluisse. Scholares etiam qui homicidium, instigante diabolo, perpetrauerant, \* immunes ipsos a crimine, tactis sacrosanctis euangeliiis, affirmauerunt. Quia vero cum peregrina iudicia a sacris Canonibus sint inhibita, purgationem quam præstitit non sufficere putantes: fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si accu-

\* f. im-  
mune  
ipsum

fatores idonei minime apparuerint, qui eundem de homicidio conuincere possint, vt cum septima vel quinta manu sui ordinis, sicut expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocentiam ostendat, sibi iniungas: quam cum præstiterit, suspensionem sine mora & difficultate relaxes: & eum testimonii boni annuntians, ab infamia homicidii, nullius contradictione vel appellatione obstante, auctoritate nostra fretus, absoluas. Is autem qui infamatus, sese immunem a crimine homicidii, præstito iuramento firmabit, & purgatores qui eum credant verum iurasse, iurare debebunt.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

CAP. LI. *Alexander tertius Toletano archiepiscopo.*

Latores præsentium cum literis tuis ad nostram præsentiam accedentes, suum nobis excessum plenius intimaerunt; scilicet quod tam ipsi quam alii multi, postquam interdicti & excommunicati fuerant, diuina præsumperunt officia celebrare. Quoniam vero cum is magnam multitudinem in hoc peccasse dicebat, nec nobis, quis eorum magis vel minus deliquerit, innotescere potuit: negotium ipsum discretionis tuæ arbitrio duximus remittendum, fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus rei veritate diligentius inquisita, si quadraginta solummodo vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas. Si vero multitudinem magnam in hoc peccasse cognoueris, eos quos magis causam esse delicti constiterit, perpetua depositione condemnes, & alios qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus suspendas, & omnibus pœnitentiam secundum discretionem tibi a Deo datam iniungas.

CAP. LII. *Idem Lucensi episcopo.*

De secunda vero quæstione, hoc tuam volumus discretionem tenere, quod propinqui eius quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectio in clericos, violatione multarum ecclesiarum, & incestu, vinculo excommunicationis adstringis: monendi sunt, vt pro eo satisfactionem exhibeant; quod si fecerint, qui laborans in extremis, præstito iuramen-



ANNO  
 CHRISTI  
 1179.

\*f. obti-  
 nuerit

mento per presbyterum \* tenuerit ab excommunicationis  
 sententia relaxari, in cœmeterio sepeliri poterit. Si autem  
 propinqui eius tuis acquiescere monitis contradixerint,  
 quia iam non est peccatum purgatum, defuncto neganda  
 est ecclesiastica sepultura.

CAP. LIII. *Idem Vintoniensis episcopo.*

Præterea qui ad sedem apostolicam appellant de cleri-  
 cis, & postea grauia & enormia committentes, se, cum  
 conueniuntur, tuentur appellatione: hoc duximus respon-  
 dendum, quod si post appellationem grauia committunt,  
 & ita publice & manifeste, quod alii scandalizentur, & de-  
 cor ecclesiasticæ honestatis deformetur, eos appellantes  
 in tanta nequitia & iniquitate non debes tueri, quo minus  
 coram te excessus canonica censura puniatur. Porro de his  
 qui sententia excommunicationis innodati, iurant eccle-  
 siæ iudicio stare, & mox oblitii, in vocem appellationis pro-  
 rumpunt: discretioni tuæ significamus, quod eos per ex-  
 communicationem compellere debes suam appellatio-  
 nem profèqui, vel iudicio ecclesiæ stare.

Supra de  
 appellat.  
 Quod vèro  
 3.

Supra de  
 appellat.  
 Præterea  
 29.

CAP. LIV.

*Idem Bononiens episcopo & archipresbytero.*

Consuluit nos vestra dilectio, vtrum appellatio, quæ  
 ab omni grauamine interponitur, teneat. Super quo vti-  
 que consultationi vestræ taliter respondemus, quod si for-  
 te generaliter appellationem interponeret aliquis ab omni  
 grauamine, quod sibi contingere posset, huiusmodi appel-  
 latio tenere non debet. Si vero aliquis ab aliquo iudice su-  
 per omni grauamine, quod in vna causa sibi contingere  
 possit, appellationis obstaculum interponeret: quamquam  
 generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen hu-  
 iusmodi est deferendum.

Supra de  
 appellat.  
 Super eo 3.

CAP. LV. *Idem Noruicensis episcopo.*

Si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius  
 criminis: vel si confessus fuerit, & emendare noluerit, nisi  
 ordine iudiciario quis probare possit, non debet eum nomi-  
 natim redarguere, sed indeterminate, sicut dixit Christus:  
*Vnus vestrum me traditurus est.* Si vero ille cui damnum il-

Matth. 26.  
 Marc. 14.

Concil. Tom. 27.

Ccccc

latum est, petierit iustitiam, potest excommunicare auctorem damni, licet ei confessus sit, sed tamen non potest nominatim eum remouere a communione, licet sciat eum esse reum: quia non vt iudex scit, sed vt Deus. Sed eum debet admonere, ne se ingerat, quia nec Christus Iudam a communione remouit.

ANNO  
CHRISTI  
1178.CAP. LVI. *Idem ex Concilio Maticensi.*

In decretis  
Burch.  
Iuonis,  
Gratiani,  
hæc tribuuntur  
Concilio Tolera-  
no.

De seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscrete promouentur, placuit omnibus cum sacris Canonibus concordare: & statutum est, vt nullus episcoporum deinceps ad sacros ordines eos promouere præsumat, nisi prius a dominis suis libertatem sint consecuti: & si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si vero auus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotum sit: & postea veniens dominus illius, legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus illius libertatem illi dare voluerit, in gradu suo permaneat: Si vero eum catena seruitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, quia iuxta sacros Canones, vilis persona manens, sacerdotii dignitate frui non potest.

CAP. LVII. *Innocentius Aquileiensi patriarchæ.*

Quoties frater noster Adispertinus\* Tudertinus episcopus, & in nostra & in vestra præsentia fuerit de simonia impetitus, prudentiam tuam latere non credimus: cuius causa nostra tandem ventilata præsentia, producti sunt accusatores & testes, viua voce & scripto accusantes eum, eo quod ecclesiam sancti Petri de Paio, presbytero Paulo dedit pro mittendis quatuor modiis frumenti, quos ab eadem ecclesia suscepit. Verum quoniam neque testes, neque accusantes secundum formam Canonum sanctorum patrum in causa illa procedere potuerunt: communi fratrum nostrorum consilio iudicamus, vt tertia ma-

\*Tridentinus

Hæc paulo  
aliter in decretalibus  
titulo 34.

ANNO  
CHRISTI  
1179

nu sui ordinis, & quarta manu abbatum & religiosorum sacerdotum, de prædicta simonia in vestra præsentia se expurget. Porro purgationis tenor erit hic: Idem episcopus super sancta Dei euangelia iurabit, primum, quod pro ecclesia sancti Petri de Paio, a presbytero Paulo de Ada, neque per se, neque per submissam personam, nec pro eo alius, se sciente, precium acceperit. Deinde vero purgatores iurabunt super sancta Dei euangelia, quod ipsi credunt verum esse quod ipse iurauerat.

CAP. LVIII. \* Exoniensi & Couetrensi episcopis.

\* Mat-  
thiaz

Ex parte \* Matthæi clerici accepimus, quod cum ipse ab ecclesia de Gundune, fuisset violenter eiectus, &c. usque in finem, ibi: Cum sanctuarium Dei non possit iure hereditario possideri.

CAP. LIX. Alexander III. Cenomanensi episcopo.

Ex literarum tuarum tenore perpendimus, quod F. labor præsentium in subdiaconatus officio constitutus, quandam sibi in coniugium copulauit. Vnde tu, sicut vir discretus ac prouidus, ipsum eandem quam in vxorem duxerat, abiurare fecisti. Super quo factò prudentiam tuam in Domino commendamus, per præsentium scripta tibi mandantes, quatenus si ad canonicum, vel monasticum ordinem transire voluerit, post septennem pœnitentiam in claustro laudabiliter peractam, si tibi, vel successori tuo idoneum visum fuerit, eum ad maiores ordines promoueri concedas. Quod si ad religionem se transferre noluerit, eum nec in subdiaconatu ministrare, nec ad vltiores ordines permittas promoueri; in minoribus tamen ordinibus poterit ministrare.

CAP. LX. Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Ad extirpandas successiones a sacris Dei ecclesiis, studio totius sollicitudinis debemus intendere: te etiam decet ad hoc vigilem curam adhibere, ne circa ministerium suscepti regiminis videamur minus diligentes existere, si vitia in ecclesiis vel in ecclesiasticis viris permiserimus pullulare. Inde est quod fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si qui filiorum clerico-

Concil. Tom. 27.

Ccccc ij

rum tuæ prouinciæ teneant ecclesias tamquam personæ vel vicarii, nulla persona media, in quibus partes eorum ministrauerant, eos, siue geniti fuerint in sacerdotio, siue non, ab ipsis ecclesiis, contradictione & appellatione cessante, non differas amouere. Si vero aliqui sint filii clericorum, qui ecclesias quas patres eorum tenuerunt, personis aliis mediis sunt adepti: eos, dummodo idonei sint, in ipsis poteris sustinere: ita quidem, quod si vnus plures ecclesias quas pater eius tenuerat, possidet, quarum vna possit sibi sufficere: ipsum vna, quam maluerit, appellatione remota, facias esse contentum: dummodo ecclesiæ non sint tales, quarum vna a reliqua pendere videatur.

ANNO  
CHRISTI  
1179.

## CAP. LXI.

*Urbanus tertius \* Senonensi archiepiscopo.*

Ad hæc cum nonnunquam inter aliquos parochianos tuos, vel inter eos & alios coram iudicibus delegatis agitur controuersia, sæpe a iudicibus ipsis, vt asseris, apostolica auctoritate tibi iniungitur, vt alteram partium forte contemnentem parere iudicio, vel ob aliam causam rationabilem ecclesiastica distictione percellas. Illi vero qui subiacere excommunicationi mandantur, literas ad alios iudices a sede apostolica impetrant, a quibus nihilo minus auctoritate apostolica tibi mandatur, vt eos qui de mandato priorum iudicum fuerant excommunicati, habeas absolutos. Super quo tua discretio dubitat, quid tibi in diuersitate huiusmodi sit agendum: ad quod respondemus, quod si literæ ad secundos iudices impetratæ tacita veritate non fuerint, eos ad mandatum eorum absolutos habere debes, præcipue cum Romana ecclesia absolute sententiæ delegatorum iudicum, nequaquam consueuerit aliis delegare: nisi in literis commissionis expresse contineatur de sufficienti cautione præstanda ab his, qui absolui debent, quod iudicio ecclesiæ debeant obedire.

CAP. LXII. *Idem Legionensi episcopo.*

Ex literis tuæ fraternitatis nobis innotuit, quod diaconus præsentium lator, volens ante tempus ordinari in presbyterum, asseruit se per ordinationem tuam gradum sa-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

cerdotalem adeptum : & cum ei manum non imposuiffes, Missarum celebrationem publice vsurpauit. Postmodum vero Domino inspirante, rediit ad seipsum, & proprium cognoscens excessum, in tanto sibi periculo consuli postulauit. Quia igitur super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos, literis presentibus respondemus, quod ad sacerdotis officium non poterit promoueri. A diaconatu quoque biennio vel triennio pro tua prouisione maneat suspensus. De beneficio autem cum eo misericorditer agatur, ne sustentatione priuatus ad sæculi negotia reuertatur. Vt autem securius ei possis hanc facere misericordiam, de agenda pœnitentia circa eum diligentem curam non desinas exhibere. Salubrius autem sibi absque dubio providebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

CAP. LXIII. *Idem Florentino episcopo.*

Literas fraternitatis tuæ debita benignitatē suscepimus, quibus certiores de sinceritate tuæ fidei & deuotionis effecti, ad honorem tuum & commodum abundantius prouocamur. Verum quia a nobis postulasti, vtrum postquam desponsalia inter aliquas legitimas personas contracta fuerint, & antequam a viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alter ad consummandam copulam maritalem compelli debeat, vt se possit ad secunda vota transferre : tuæ sollicitudini respondemus, quod ad accipiendum eum cogi non debet, cum inter eos matrimonium non sit consummatum.

De illa vero, quæ viro suo labente in hæresin, ipsius consortium declinavit, vtrum reuertente illo ad catholicam veritatem, ad redintegrandum matrimonium sit cogenda : videtur nobis quod si mulier ea dumtaxat intentione discessit, vt lapsus in hæresin, tadio pariter & confusione affectus, se ab errore suo conuerteret : ei, cum reuersus fuerit, est reddenda : quæ etiam, si reuerti noluerit, compelletur. Si vero iudicio ecclesiæ sine spe matrimonii redintegrandi recessit, ad recipiendum eum nullatenus eam ducimus compellendam. De vxore vero, vtrum quemadmodum & vir, liberam debeat habere sepulturam, videtur nobis, quod nulla super hoc inter virum & mulierē sit differentia, sed vtrique, in casu isto, æqualem credimus esse fa-

Concil. Tom. 27.

Ccccc ij

cultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur a lege viri. Vtrum autem pater minores filios, \* quo magis voluerit, valeat sepelire, \* ubi non inuenimus a sanctis patribus diffinitum, & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

C A P. LXIV. *Idem Marimondensi abbati.*

Inter cetera quæ a nobis sunt pro tuo ministerio requisita, illud quoque nuntii sollicitudo non tacuit, quod quidam monachus tuus, cum esset olim in sæculo constitutus, presbyteratus officium, prætermisso diaconatu, suscepit: super quo tua postulat deuotio dispensari. Intelleximus autem quod ille non malitia, sed pia, vt sibi videbatur, cautela præmonitus, ordinem diaconii quem se accepisse simulat, omisit, ne, sicut eum quidam auunculus eius instigabat, de manu schismatici fortiretur. Vnde quia de his nihil nobis constare potuit, examinationem facti huius tuæ duximus conscientiæ relinquendam, auctoritate apostolica mandantes, vt si absque dubitatione constiterit, quod ille non ex superbia, sed vt schismatici manus euaderet, & indignationis auunculi sui aculeos declinaret, tali simulatione sit vsus, competenti tempore ordinem facias ei diaconatus impendi, & sic post aliquanti temporis abstinentiam, quam tuæ committimus discretioni, dumtaxat corde contrito & humiliato spiritu, in beneficio sacerdotalis ordinis poterit exerceri.

C A P. XLV.

*Idem archiepiscopo Turonensi, Andegauensi episcopo,  
& abbati Salmurensi.*

Ad audientiam nostram, venerabili fratre nostro Cenomanensi episcopo intimante, peruenit, quod dilectus filius noster Vu. archidiaconus eius, de morte cuiusdam mulieris, quæ per officiales ipsius archidiaconi interfecta proponitur, non aliter quam si ipse occiderit, infamatur. Ceterum quia idem archidiaconus ab huiusmodi reatu se asserit esse innocentem, nos prouidere volentes, ne infamia polluat, quem non fecit nocentem: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus per episcopatum Cenomanensem & ciuitatem facias publi-

ANNO  
CHRISTI  
1179.

ce nuntiari, vt si qui de hoc ipsum archidiaconum accusare voluerint, eum secundum iuris ordinem coram vobis accusent, & nisi comparuerint, qui de homicidio illo eum velint impetere, causam conuocatis partibus audiatis, & sublato appellationis obstaculo, debito fine terminetis. Si vero publica & manifesta denuntiatione facta, infra quadraginta dies accusator non apparuerit, vel etiam in probatione defecerit, prædicto archidiacono secundum quantitatem infamiae, qua laborat, purgationem canonicam imponatis: & ea præstita & recepta, ipsum a nota infamiae, contradictione & appellatione cessante, absolutum publice nuntietis, & faciatis absolutum haberi.

CAP. LXVI.

*Idem vniuersis Suffraganeis Cantuariensis ecclesiae.*

Cum non ignoretis B. venerabilem fratrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum vobis non solum metropolitico, sed etiam iure legationis præesse, mirabile satis est, quod quidam vestrum (sicut audiimus) asseuerare præsumunt, quod idem archiepiscopus nullam causam de episcopatibus vestris, siue iure legationis, siue metropoleos, audire debeat, nisi per appellationem factam ad ipsum. Sane licet forte metropolitico iure non debeat causam audire de episcopatibus vestris, nisi ad eum per appellationem deferatur, legationis tamen obtentu vniuersas causas de ipsis episcopatibus, quæ per appellationem vel querimoniam aliquorum perueniunt ad audientiam suam, audire potest & debet, sicut cui in prouincia sua vices nostras gerere comprobatur. Mandamus itaque vobis atque præcipimus, quatenus causas, quæ de episcopatibus vestris ad eundem archiepiscopum perferuntur, eius iudicio relinquatis: nec quemlibet clericum aut laicum vestræ iurisdictionis de cetero deterrere vel impedire tentetis, quo minus causas suas ad præfatum archiepiscopum, si voluerint, possint transferre.

CAP. LXVII. *Clemens III. Saguntino episcopo.*

Peruenit ad nos, quod in episcopatu tuo sæpe contingat, quod a laico enormis & intolerabilis iniuria clerico, multis adstantibus & videntibus, inferatur, vt plebe præ-

Ccccc iiij

fente in ecclesia, eam diabolicæ fraudis instinctu accidit horribiliter humano perfundi sanguine: & ob hoc iniuriantes in causam tracti, negant se tantum facinus commisisse; & cum læsus illatam sibi iniuriam, eorum testimonio qui præsentibus extiterunt & viderunt, probare desideret, ipsimet, licet veritatem cognouerint, contemnunt veritati testimonium perhibere. Sicque fit, quod ecclesiastica iustitia deperit, & ordo clericalis vilescit. Accidit etiam, quod cum plures frequenter in clericos temere violentas manus iniiciant, ad sedem apostolicam plurimis nequeunt obstaculis laborare. Et quia super his tua nos fraternitas duxit consulendos, tuæ consultationi taliter respondemus, quod hi qui de rebus ecclesiasticis nolunt testimonium perhibere, si alias veritas nequiverit elici, ad id sunt per ecclesiasticam censuram compellendi. Si vero clerici passi iniuriam, veritatem forte aliquorum testimonio nequiverint comprobare, licet iuxta rigorem Canonum vnus testimonio non sit standum, tamen iuxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ, propter reuerentiam clericalis ordinis, ipsorum iuramento fidem volumus adhiberi. Illos autem qui valetudine præpediti, pro absolutionis beneficio ad sedem apostolicam nequeunt laborare: recepto ab eis sicut moris est iuramento, poteris absoluere, ita quod sanitati pristina restituti, apostolico se conspectui repræsentent. Sexui vero femineo & pueris ac senibus super hoc satis te credimus posse libere dispensare. Ecclesias insuper quæ sanguinis vel seminis sunt effusione pollutæ, ciuitatis clericis conuocatis, cum processione & aquæ benedictæ adspersione, prout in ordinario habetur adscriptum, poteris emundare. De his etiam, qui clericis non enormem, sed modicam, vel leuem iniuriam irrogauerint, tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendum.

Hæc in decret. titul. 3. adscribuntur Innocentio III. vbi quedam aliter leguntur.

**S**EDES apostolica consuevit exhibere se petentibus liberalem; sed quidam eius gratia nequiter abutuntur, dum quod ipsa de benignitate concedit, ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam igitur volentes malignari, in commissionibus minores personas propriis nominibus expriment, maiores vero & digniores specialibus vocabulis non designant: sed eas in generalitate inuolutas comprehen-



ANNO  
CHRISTI  
1179.

dunt; vt ita facilius commiffiones impetrent, fub hac forma: Conqueftus eft talis de illo, & quibusdam aliis propriis nominibus exprimendis, quod ei in tali negotio & aliis graues exiftunt. Eorum igitur volentes obuiare malignitatibus, decreuimus, vt cum in noftris commiffionibus minores & viliores perfonæ folummodo defignantur, maiores & digniores fub generali claufula non intelligantur includi: nec effrenem multitudinem hac occasione liceat includere, vt de maioribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & leuioribus tantum faciant mentionem. Si quis vero maiores perfonas expreflerit, vt non velit cum eis experiri iudicio, fed vt descendere valeat ad minores, quia fraus & dolus ei non debet patrocinari, tamquam mendax precator careat impetratis.

## LECTORI BENEVOLO

BARTHOLOMÆVS POIN, SALVTEM.

**H**ÆC funt, quæ ex archetypo illo, cuius fupra mentio fit, lectu adeo difficili, fummo labore defcripfimus. Quæ fi cui grata & vtilia fuerint, primum gratias agat Deo, qui horum qualecumque exemplar hucusque feruauit: deinde F. Petro Crab, qui hoc ipfum, vt inter Concilia ederetur, procurauit: poftremo & nobis quos non piguit (quamquam non deerant qui dehortarentur, & abfterrent) vtilitatis publicæ gratia moleftiæ tantum perferre, vt quæ antehac difficillime legi poterant, iam cuius lectu facilia redderentur. Ceterum fi quibus in his locus aliquis intricatior, mutilus aut minus abfolutus videtur, ii nouerint, difficultatem eam fibi nobifcum efle communem. Neque enim archetypum ipfum adeo terfum fuit, quin & nos aliquoties hæfitare cogere mur. Maluimus autem & te fubinde nobifcum hære, quam conieciffe ac mutaffe quiduis temere videri. Certe in editione hac poftrema permultis locis mendæ fublata: funt opera F. Laurentii Surii, & plurima fua: integritati reftituta.

**P**LVRIVM Conciliorum prouincialium fub Alexandro in Anglia celebratorum mentionem inuenies apud fcriptores Anglicanarum rerum. Ego cum delectu ea dumtaxat excerptenda putauif, quæ ad ecclefiam in fide & moribus ædificandam pertinere vifum fuit: faciam deinceps idem in reliquis fubfequentibus pontificibus omittendo fupflua, apponendo neceffaria.